8

SAMUELIS STRYKII
JCti
POTENTISS. BORUSSIÆ REGI A CONSILIIS INTIMIS
ET PROFESSORIS JURIS PRIMARII
IN ACADEMIA FRIDERICIANA

COMMENTATIO
DE
JURE PRINCIPIS SUBTERRANEO.

HALÆ
EX OFFICINA GRUNERTIANA 1748.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROOEMIVM.

QVod usque adeo hominum excreverit Concupiſcentia, ut non tantum iis quæ ſupra, ſed & infra terram ſunt inhiare ſoleant, a quibusdam vitio verſum, ſcilicet

-- -- -- itum eſt in viſcera terræ
Quasque recondiderat, ſtygiisque admoverat umbris
Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Verum quod hæc avaritiæ ſint convitia, non facultatum ſine quibus Rempubl. non magis, quam ſine armis, defendi poſſe conſtat, potius aſſerendum. Nimirum damnatur abuſus, non autem uſus eorum, quibus Respubl. carere nequit; neque plus vituperanda ex terra opum effoſſio, quam eorum, quæ ipſa terra foras producit, ut vinum, fruges, delicias animalium, florum venuſtatem, quibus omnibus quoque ſtultitiam abuti quotidie experimur. Opibus vero Rempubl. deſtitutam eſſe nec debere, nec poſſe, nec ex ſolo videre eſt, quod pecuniam iterum ſepelire Principalibus Conſtitutionibus reperiatur prohibitum, ne ſcilicet ea uſibus Reipublicæ eximatur: ſed

Digitized by Google

opes non melius Reipubl. acquiri poſſunt, quam ſi exinde deſumantur, unde nemo detrimentum ſentit. Quare aurum per bellum quærere, nefas; per maria, periculum; per falſitates opprobrium; in ſua vero natura, juſtitiam eſſe, vere dixit *Caſſiodorus*. Juſtitia enim ſuum cuique tribuit, non adimit; adimitur injuſte, quod bello quæritur; acquiritur juſte, quod e terra eruitur: Illud ſit invito & reſiſtente Domino; hoc, cum nullius actu ſit, jure naturali occupanti conceditur. Aſt non adeo tamen hæc juris naturalis Principem conſtringit obligatio, ut non iterum liberam hanc acquirendi & occupandi facultatem in ſubditis ſuis reſtringere poſſit: quippe tum demum ea obtinet, ſi lex nulla civilis intervenerit. Qua propter falli recentiores JCtos ait Grotius, qui hæc ita putant naturalia, ut mutari nequeant; Eſſe enim naturalia, non ſimpliciter, ſed pro certo rerum ſtatu, ſi ſcilicet aliter cautum non ſit. Nihil ergo obſtat, quo minus Principes & id juris, quod privati jure naturali non tantum in auro & argento quærendo, ſed in reliquis ſubterraneis habuerunt, ſibi adcribere poſſint & potuerint. De hiſce juribus, quæ Princeps hodie in rebus ſubteraneis habet, cum poſt exantlata Candidatorum tentamina & examina, ab Inclyta hujus loci Facultate Juridica conceſſa mihi ſit facultas, pro conſequendis honoribus Doctoralibus diſputandi, paucis jam diſſerere animus eſt, quod ut bene cedat, DEUM T. O. M. devote imploro.

CAPVT

CAPUT I.

DE

JURE PRINCIPIS SUBTERRANEO IN GENERE.

SUMMARIA.

VErborum interpretatio præmittenda. Significationes juris variæ. remiſſive. Quid hic voce juris denotetur. §. I. Vocis Principis derivationes & quis ſit Princeps. Qui olim appellati Principes. In Gallia quis per Principem indigitetur. §. II. Variæ adhuc ejus vocis uſurpationes. Hæc dignitas hodie perpetua. §. III. Quis hic nomine Principis veniat. §. IV. Vocis ſubterranei explicatio. Quid metallorum nomine intelligatur. Magna eorum utilitas in Republica. Ratio hujus. §. V. Principi competit cura Metallorum. Probatur exemplo: Ejus rationes. §. VI. Magni ex fodinis hauriuntur reditus. Probatur exemplis. §. VII. Quilibet privatus habet facultatem fodiendi. Hanc iterum Princeps adimere poteſt & ipſe fodere. Rationes. §. IIX. A Principe prohibita venatio. Princeps id quod juris Gent. aut naturæ eſt, reſtringere poteſt, Ratio dubitandi. Reſpondetur exemplo. §. IX. Quid Princeps ex bonis ſubditorum acquirere poſſit. Subditi exinde jacturam non patiuntur. Princeps pretium agri reſtituere debet. Non valet contraria conſuetudo. Ratio. Qui in alieno fodere vult, pretium reſtituere tenetur. §. X. Quæ hactenus adducta, ad alias quoque ſubterraneas utilitates extenduntur. Ob eandem rationem. Proteſtatio cujusdam miniſtri Principis vulgo ridicula habetur; ſed abſurda penitus non eſt. §. XI. Deſcriptio Rubricæ. §. XII.

§. I.

NEminem res probe intelligere poſſe, niſi & ſenſum verborum prius cognoverit, docuit JCtus Ulpianus *in l. 1. pr. ff. de J. & J. &. l. 1. ff. de R. J.* Adeoque ſicut rerum potior eſt cognitio, ita & verborum inter-

Digitized by Google

interpretatio ſit oportet Decian. *Tr. Crim. L. 1. c. 13. n. 1.* Significationem autem juris eſſe multiplicem, nemo eſt, qui ignoret, quare de eadem prolixe agere fruſtra foret, præſertim cum toties quoties jam fuerit enodata; Videri poterit Hahn. ad Weſenb. *de Juſt. & Jur. n. 14.* Molin. *de J. & J. 1. diſp. 2.* Leſſius *de J. & J. L. 2. c. 2. dub. 2.* Hic vocabulum juris pro facultate ſeu poteſtate quadam, quam Princeps ratione præeminentiæ in rebus ſubterraneis habet, capimus.

§. II. Principem autem dici a Principio, quod primus omnium dominetur, quodque præſit, volunt Schardius *in Lex. jur. voce Princeps. & Calvin. ead.* Licet alii aliis utantur alluſionibus. Unde Germ. verbum **Fürſt** a verbo **fürſtehen**, quaſi **der andern fürſtehet**, Beſold. *in Theſ. Pract. ſub voce* **Fürſt.** vel ab adiecto **forderſt**, quaſi, qui primus ordine **der Forderſt oder Fürnehmſte**, derivatur, Gabriel Schweder. *Introd. in Jus Publ. Part. ſpec. ſect. 2. c. 7. §. 8.* ſc. quatenus hæc vox Rempubl. reſpicit, quod ille dicatur Princeps qui in Republ. imperat, & primum in ea locum capit. Neque hodie intelligendus eſt Princeps ille, qui olim, ubi quivis præcipuus per Principem denotabatur, adeo ut Princeps legationis, Tacit. *L. 1. Annal. c. 39. n. 2.* Principes delictorum darentur, *l. 10. ff. de Serv. corrupt.* Quo vocabulo Principis poſtea quoque Rom. Imp. uſi, & in ſpecie Auguſtus cuncta diſcordiis civilibus feſſa nomine Principis ſub imperium accepit, Tacit. *l. 1. Annal. c. 1. n. 3.* Succeſſu temporis in eminentiori hoc ſenſu retentum hoc vocabulum, adeo, ut in Jure Romano Principis appellatio ſimpliciter poſita, nullum, niſi Imperatorem Romanum denotet, *l. Princeps 31. ff. de LL. §. 6. J. de J. N. G. & C.* ſicut & in ſpecie dicitur Princeps Romanus *pr. præem. Inſtit.* In Gallia Principis appellatio

de

Digitized by Google

de Rege ſupremo Moderatore, non de Principe feudi cujusdam inſignis accipi ſolet; unde licet quidam Principes appellentur, hoc tamen tantum poſſeſſionibus inditum eſt, verius, quam perſonarum Celſitudini. Renat. Choppin. *de LL. And. tit. 6. de Reg. for. prævent. p. 441. pr.*

§. III. Eodem denique titulo ex beneficio Imper. quoque gaviſi ſunt ii, qui in munere aliquo & officiis quam optime meriti, & ſic primum locum obtinuerant, unde Princeps officii dicitur, & Principatus officiorum, quales ſunt Principes agentium in rebus, *t. t. C. de Princ. agent. in reb.* Demum in Germania in eos translatus, qui propter inſignia merita provinciis certis regendis præponebantur, *vid. diſp.* Dn. Præſ. *de Oblig. Princ. ex facto miniſtri C. 1.* namque de victis a Carolo M. primo German. Imp. Hunnis, Alanis, Saxonibus, aliisque Imperii hoſtibus, ad conſervanda tot Regna & ditiones acquiſitas, Imperator poſſeſſiones haſce & nationes in formam Provinciæ redegit ac in Ducatus ſimul, Principatus & Marchionatus erexit, quibus Milites ſtrenuos in præmium exantlati laboris cum titulo Principis, Ducis, vel Comitis plerumque ad dies vitæ præfecit, ut veluti Judices & Provinciæ Rectores Reipubl. præeſſent. Beſold. *in theſ. Pract. voce* Hertzog *& voce* Graffe. Myler. ab Ehrenbach *in Archol. Princ. c. 6. §. 5.* Quo facit gloſſa Speculi Saxon. verb. Nachdem die Römer [ſc. Imp. Rom.] alle Welt bezwungen, haben ſie auf eine jede Landſcheide je einen geſetzt, welchen ſie einen Fürſten genennet haben, und ihm etliche Ritter zugeordnet, dieſelbe hält er dann bey ſich in ſeiner Koſt, hierzu nahmen dieſelben Fürſten alle der bezwungenen Aecker ein, und was unter demſelben zu vermieten dochte, das thäten ſie um einen beſcheidenen Zinß aus, und hielten davon ihre Ritter &c. Gloſſ. *Spec. Sax. L. 2.*

Digitized by Google

L. 2. art. 58. pr. Quæ nomina quamvis ab initio tantum fuerint nomina officiorum, munerum, & adminiſtrationis, atque temporalia magis & ad nutum revocabilia Myler ab Eyrenbach *de Princ. & Stat. Imp. c. 9. n. 9.* Tamen poſtea ſub Ottone I. Imperat. cognomine Magno hæ dignitates perpetuæ ac patrimoniales effectæ ſunt. Myler ab Eyrenbach *d. l. n. 10.*

§. IV. Cæterum ut ad ſcopum revertar, ſub appellatione Principis hic comprehendimus quoscunque ſive Regio ſive alio titulo gaudentes, Provincias poſſidentes easque regentes.

§. V. Subterranea autem dici a ſub & terra, palam eſt, quaſi quæ ſub terra ſunt, & continentur, qualia ſunt omnis generis metalla, lapides, theſauri, & quæcunque alia. De quibus ſubterraneis curioſe ex profeſſo, quantum ad Phyſicam earum cognitionem egit Athanaſius Kircherus *in Mundo ſubterraneo.* Quanquam igitur, quod Metalla attinet, ſub nomine & appellatione eorum omnia contineri, quæ ex terra eruuntur & inveniuntur, velit Vincent. de Franchis. *Dec. 140. n. 12.* Hoc tamen nulla certa regula definiri poſſe verius videtur, ſed ea tantum quæ præſtantiora ſunt intelligi, quorum octo ſpecies recenſet *Aurea Bulla c. 9.* ut aurum, argentum, æs, electrum, cuprum, ſtannum, plumbum, ferrum; quin tamen etiam aliæ eo referri poſſint, non eſt dubium, *ob d. cap 9. Rub.* **von Gold Silber und andern Ertz wegen.** & verb. in nigro, **und welcherley ander Geſchlecht es ſey** &c. Horum metallorum utilitas in Republica maxima eſt, Cothman. *V. 4. Reſp. 11. n. 110.* Quippe Reipubl intereſt, abundare auro, argento, ne ſc. deficiat materia cudendæ monetæ adhibenda Dn. Ziegler. *de Jurib. Majeſt. L, 1. c. 49. n. 3.*

§. VI.

§. VI. Unde ad procurandam publ. utilitatem Principi competit cura, mandatis ſuis metallicarum operarum exercitium promovendi, Schurff *Cent. 1. Conſ. 26. in fin.* Sixtin. *de Regal. L. 2. c. 16. n. 72.* Imo Princeps inprimis metallorum ſtudio debet invigilare, exemplo Philippi Regis Macedoniæ, qui vectigalia Regni non fructibus tantum agrorum & maritimis portoriis auxit, ſed metalla quoque, & vetera intermiſſa recoluit, & nova multis locis inſtituit, Liv. *L. 39. c. 24.* Klock. *de Ærar. l. 2. c. 27. n. 1.* Neque ſine ratione, namque ſumtus iis inquirendis neceſſarios melius ſuppeditare poteſt, quâm ſubditi, vel privati, qui iis ferendis plerumque impares ſunt, Arniſæ. *de Jur. Majeſt. minor. c. 5. n. 4. in fin* Lather. *de Cenſ. l. 3. c. 9. n. 3.* Quodque effoſſione eorum ærarium ejus optime & ſaluberrime augeri poſſit, docent Georg. Brautlacht. *l. 6. JPr. Publ. c. 4. n. 6.* David. Döring. *in Biblioth. JCtorum voce Ærarium. n. 140.*

§. VII. Magnos enim reditus e fodinis metallicis hauriri poſſe, teſtantur hiſtoriæ paſſim, namque Romanos ex argenti fodinis Hiſpaniæ, prope Carthaginem novam ſitis, ſingulis annis nongenta duodena millia & quingenos aureos percepiſſe refert Philip. Camerar. *Medit. Hiſtor. Cent. 1. c. 81.* Et Duces Saxoniæ ex eo reditu, quem ſolæ venæ Schneebergenſes intulere, intra ſpacium 79. annorum 4118. tonnas auri hauſiſſe Warem. ab Ehrenberg. *de Reg. ſubſid. & oner. ſubſid. c. 4. n. 25.* ac Henricus Thuringiæ Landgrafius circa annum Chriſti 1227. e fodinis metallicis tantam vim auri & argenti comparaſſe fertur, ut omnem Bohemiam inaurare ac mercari potuiſſet. Beſold. *in theſ. Pract. voce* Bergwerck.

§. IIX. Cum igitur tot & tanti reditus ex fodinis metallicis deſumi poſſint, data quoque ad maius earum

inſtituendum exercitium cuilibet privatorum facultas fodiendi, *l. 3. C. de Metal. & Metal.* & effoſſa retinendi reſervato Regalium nomine Principi certo reditu ſeu canone metallico *d. l. 3. C. de Metal.* Quam tamen licentiam Princeps iis iterum adimere poteſt, ipſe in eorum fundis per ſuos Metallarios vulgo Bergknappen fodere, & ſibi ſoli reſervare; (1.) Ob ſupra dictam rationem, quod ad inquirendas venas metallicas præſertim auri & argenti magni requirantur ſumtus ac impenſæ, quibus nemo melius quam Princeps ferendis par eſt, Klock. *d. l. n. 1. & 2.* ob impoſſibilitatem autem ſumtuum a privatis in eam rem impendendorum ſegnius interdum exercitium metallicum promoveretur, quod tamen eo diligentius promoveri publice intereſt, cum officinæ monetariæ auro & argento non debeant eſſe deſtitutæ, Dn. Ziegler. *de Jurib. Majeſt. l. 2. c. 19. n. 15.* quare eorum effoſſio & ad lucem productio nullo modo poteſt impediri.

§. IX. Et uti (2.) a Principibus optimo jure ſubditis prohibita eſt venatio, potiſſimum ne agriculturam & alia honeſta vitæ genera deſerant, ita quoque & hic. Neque enim aliquid in regimine frequentius eſt, quam quod Princeps etiam id, quod juris Gent. aut Naturæ eſt, ob ſingularem aliquam circumſtantiam reſtringat & circumſcribat, quandoque etiam ipſum actum inefficacem reddat, ac ſi ad jus illud non amplius pertineat. Dn. Ziegler. *d. l.* Neque obſt. quod Princeps nemini jus quæſitum auferre poſſit *l. 4. C. de Emancipat. lib. ibique Dd.* Namque hic non aufert jus quæſitum, ſed demum jus quærendum, e. g. ſi quis theſaurum in loco publico inveniſſet, concedente lege per hanc inventionem jus quæſitum in dimidia parte theſauri jam inventi nactus eſſet, quem ſi totum Princeps fiſco vindicare vellet, injuriam certe faceret

ceret ſubdito, quin tamen in futurum Princeps ſtatuere poſſet, ut theſaurus in publico a quocunque repertus totus acquireretur fiſco, non eſt dubium, vid. Petr. Ant. de Petra *in Tract. de Jure quæſito non tollend. per Princ. paſſim.*

§. X. Imo facilius permittitur Principi, ut ex bonis ſubditorum accipiat id, de quo nondum conſtat, quid, quale, quantumque ſit, quam ut certam ex bonis eorum tributi nomine portionem exigat, quod tamen optimo jure facere ei licet; Neque jacturam facile exinde patientur ſubditi, cum venæ metallicæ plerumque incertam proventuum & lucri ſpem promittant. Imo eo minus damnum habebunt, cum Princeps ipſis pretium agri reſtituere cogatur, aliter enim ne conſvetudine quidem introduci poteſt ut Princeps non refuſo prius pretio agri in fundis privatorum, venas perquirat, Rumelin. *Diſp. 8. ad A. B. th. 14.* Roſenthal. *de Feud. c. 5. Concl. 88. lit. f.* Quia talis conſvetudo divino & naturali juri refrageretur, adeoque neceſſario requiſito ratione ſcilicet probabili deſtitueretur, & corruptela magis eſſet quam conſvetudo *c. ult. X. de Conſvet.* Hinc ſi conſvetum eſt fodere metalla in ſolo alieno, intelligendum id eſſe ſoluto pretio, alias fore conſuetudinem reprobatam, & contra jus naturale & diabolicam ex Bald. *in l. ſicut. C. de Servit. & aq.* & Alberic. de Roſat. *in l. 13. §. ſi conſtat. ff. comm. Præd.* refert. Matth. de Afflict. *Dec. 321. n. 16. & ſeq.*

§. XI. Quæ hucusque de jure Principis, quo metalla ſibi vindicat, diſſerui, eadem, pari ratione, ad alias ſub terra latentes utilitates extendenda puto: Utrobique enim eadem ratio eſt, quod nihil privatis auſſerat, ſed acquiſitio talium rerum tantum impediatur. Unde quamvis ridicula vulgo reputetur illa Miniſtri cujusdam

Digitized by Google

Principis proteſtatio. Daß Er ſeinem gnädigen Herrn alle Obrigkeit und jurisdiction auf und unter der Erden auch ſo viel noch künftig erdacht werden möchte, iso alsdann und dann als itzt per expreſſum vorbehalten haben wollte, Adam Keller. *L. 2. de Offic. Jurid. Polit. c. 12.* Carpz. *L. 1. Reſp. 49. n. 3.* Non tamen penitus eadem abſurda eſt, cum & jura ſubterranea Principi reſervaſſe utile imo interdum quoque neceſſarium ſit.

§. XII. Ceterum Definitionem hic a me exigi video, quid ſub Rubrica præſentis Diſputationis intellectum velim, ſed cum res ipſa per ſe pateat, hac opera me ſuperſedere poſſe confido: Interim paucis noto. Facultatem eſſe vindicandi ſibi latentia in terris commoda ab iisdemque alios excludendi. Quibus præmiſſis ad ſpecialiorem Subterraneorum commodorum diſcuſſionem progredior.

CAPUT II.

DE

JURE PRINCIPIS CIRCA AURI ET ARGENTI FODINAS.

SUMMARIA.

Auri & argenti fodinæ ſunt de regalibus. Utrum in totum, an tantum quoad certum canonem, dubitatur. Sententia quorundam DD. pro priori: ſed deciditur pro poſteriori. §. I. Privatos aurum fodere poſſe probatur. Quæ ſententia communior eſt. §. II. Reſpondetur ad rationes dubitandi. §. III. Ampliat. ut competant quoque fundi Dominis temporalibus. Principi ex iis debetur certus canon ſeu reditus. Reliquum ad fodientes ſpectat, & ſi velint id vendere, fiſco vendere tenentur. §. IV. Principi tantum debetur decima, ſi fodinæ in loco publico inventæ. Ex quibus rationibus.

bus. Limitatur. Principi debetur decima, ſi privatus in alterius privati fundo invenerit. § V. An privato in alterius fundo quærere liceat? dubitatur. Rationes decidendi. Limitatur. §. VI. Dominus fundi proſequi poteſt venam ſe extendentem ſub fundum alienum. Ampliat: ut alterum tunc quoque in ſuo fodere volentem prohibere poſſit. Affertur ratio dubitandi, ad quam reſpondetur. §. VII. An in ſuo foſſurus opus habeat autoritate & conceſſione Principis. Princeps Inſpectores conſtituere poteſt, ne fraus fiat ratione decimæ. §. IIX. Principi debetur quoque decima ex fundo feudali, reliquum vaſalli eſt, ſed cum limitatione. Litteræ inveſtituræ die Lehn-Briefe, præprimis inſpiciendæ. Vaſallus inveſtitus cum mero & mixto Imperio, ſine Regal. conceſſione hanc decimam non habet, quod ampliatur. Limitatur iterum. §. IX. Hodie fodinæ omni ex parte regalibus adnumerantur. Ampliatur ut nemo in proprio fundo quærere poſſit. §. X. In Principis poteſtate eſt hanc facultatem privatis concedere vel ſibi retinere. Hæc adſertio probatur. §. XI. Referuntur diſſentientes. Quibus nitantur rationibus, reſpondetur iisdem. §. XII. Privati exercere nequeunt regalia. In Aur. Bull. hoc jus regi Bohem, & Electoribus tantum competit. Hodie eodem & alii Principes & ſtatus Imp. fruuntur. Exempla. Competit quoque Civit. Imperial. §. XIII. Aliquando principes privatis id concedere ſolent certo modo. Quid jure Saxon. obtineat. §. XIV. Quid in Bohemia. §. XV. Quid juris hodie in fodinis Vaſallus habeat. Principi ſi privatis conceſſerit competit excocti argenti emtio. §. XVI. Prohibere poteſt ne aurum & argentum exportetur. Exempla. §. XVII.

§. I.

INter ea, quæ ſubterraneorum potiora & pretioſiora habentur, primo ſe exhibent auri & argenti fodinæ, quæ omnino inter Regalia recenſentur, *c un. quæ ſint Reg. F. 56. ibi Argentariæ &c.* Vultej. *1. F. 5. n. 7.* §. *Argentaria 26.* Roſenthal. *in Synopſ. feud. c. 5. Concl. 88. n 1.* Utrum vero jure proprietario ſint Principis an tantum quoad certum

 tum

tum reditum metallicum dubitatur ob. *dict. text. 2. f. 56.* qui generalis eſt, & ſimpliciter ac indiſtincte argentarias inter Regalia numerat, quod autem ſimpliciter dicitur, diſtinctionem non admittit *l. 3. ff. de Off. Præf. l. 1. §. 3. verb. Prætor enim ſimpliciter ait &c. ff. de aleat.* Et ubi lex non facit diſtinctionem, nec nos diſtinguere debemus *l. 8. ff. de Publ. in rem act.* Quare non deſunt etiam, qui auri & argenti fodinas Principi jure proprietario competere autumant, etiamſi in fundis privatorum repertæ, uti oſtendit Matth. de Afflict. *Dec. Neap. 321. n. 8.* Georg Schulz. *in Synopſ. Jur. feud. c. 7. n. 176.* Verum cum jure Rom. expreſſe diſpoſitum ſit, poſſe quem non ſolum ex re ſua, ſed & ex aliena, bona tamen fide poſſeſſa, fructus percipere *l. 48. ff. de A. R. D.* idemque ad Dominum pertinere, quicquid ex re ejus natum eſt *§. 19. J. de R. D. l. 6. ff. de A. R. D. l. 49. §. 1. ff. de R. V. l. 25. pr. & §. 1. ff. de Uſur.* non eſt dubium, quin privatis quoque permiſſum ſit metalla in proprio fundo quærere, utique enim in fructu habentur *l. fructus 7. §. 13. & §. ſeq. ff. ſol. matr.* Hinc & metalla poſt uſum fructum legatum inventa, legato contineri reſpondit Ulpianus *in l. 9. §. 2. & 3. ff. de Uſufruct.*

§. II. Quæ ſententia corroboratur per *text. in l. 13. §. 5. ff. eod.* ubi conceſſum eſt uſufructuario, ut vel ipſe inſtituat auri & argentifodinas, vel quas paterfam. inſtituit, exerceat, imo id expreſſe aſſeritur *in l. 3. §. f & l. 4. ff. de Reb. eor. qui ſub. tut. vel cur.* ubi dicitur, *quod ſi pupillus habuerit lapidicinas creti fodinas, ſalinas, argentifodinas, vel aliud huic ſimile, quod tamen privatus poſſidere licet &c.* Cum communi ergo Dd. calculo aſſerendum, & concludendum, non totas argentarias proprietatis jure Principis eſſe, ſed privatis, in quorum fundis repertæ ſunt jure proprietatis, & tanquam fructus jure ſoli competere,

ipſis-

Digitized by Google

ipſisque manere Schneidewin. *in. Epit. feud. P. 2. n. 106.* Weſenb. *P. 1. Conſ. 45. n. 24.* Peregrin. *de Jure fiſci L. 4. tit. 2. n. 11.* Rauchb. *P. 1. qu. 22.* Matth. de Afflict. *d. Dec. 321. n. 5.* Borcholt. *in d. c. quæ ſint Reg. n. 87.* Myler. ab Ehrenbach *de Princ. & Stat. Imp. c. 69. n. 2.*

§. III. Neque obſt. quod *d. c. quæ ſint Reg.* loquatur generaliter, & argentarias indiſtincte inter Regalia referat, nam ſi d. c. ita foret intelligendum, induceretur nova juris correctio, quam tamen ſemper vitare debemus *l. præcipimus 32. §. 6. C. de appell. l. un. C. de Inoff. dot.* Bocer. *de Regal. c. 3 n. 166.* Utpote quæ eſt res odioſa, *c. 1. in f. de Fil. præbit. in 6. c. cum expediat. de Elect. poteſt. in 6.* Et ad correctionem legum requiritur ut in poſterioribus ſint verba expreſſa & in ſpecie loquentia, Everhard. *loc. a correct. leg. 79. n. 15. & ſeqq.* Limnæ. *Obſ. 1. ad A B. c. 9. n. 4.* non autem ſufficiunt generalia. Et dicta Regula, ſc. ſimpliciter dictum non admittere diſtinctionem, tum demum procedit, quando non verſamur in correctoriis iuris communis, ut hic, Donell. *in Comm. L. 1. c. 12. circa fin.* Vel niſi diſtinctio aut declaratio ex aliis legibus inferri queat, *l. non eſt novum 26. ff. de. LL.* Donell. *d. l. L. 1. 15.* Conrad. ab Einſidel. *de Regal. c. 3. n. 310.* Et porro ſi ex generali hujus *c. un.* locutione inferri poſſet, argentarias jure proprio Principi competere etiam in fundis privatorum repertas, dicendum quoque foret, generalem doctrinam d. text. tantum de argentariis, quarum ſolum facit mentionem, non autem de aliis metallifodinis eſſe intelligendam, Einſidel. *d. l. n. 310.* Imo paulo poſt ipſum verbum *Argentarias* ipſe Imperator ſibi tantum vindicat *piſcationum reditus & ſalinarum*, cum autem ſalinæ quoque ſpecies ſint metallorum, & quod in argentariis juris eſt, ſit etiam in ſalinis, & contra, Sixtin. *de Regal. c. 19. n. 9.* Philip.

lip. Matthæi. *inter Conſ. Marpurg. V. 2. Conſ. 27. n. 48.* Non poteſt non Imperator dici ſolum ſibi quoque inter Regalia reditus argentariarum vindicare voluiſſe, & ſic ad jus commune reſpicere, quod tantum certum canonem metallicum tanquam Regale Principi ex argentariis in fundis privatorum repertis tribuit *l. 2. &. 3. C. de Metall. & metall.*

§. IV. Competunt itaque argentariæ in fundis privatorum inventæ eorundem Dominis, etiamſi ii ſint tantum Domini temporales, & poſt mortem alteri fundum reſtituere coguntur, ut de Poſſeſſoribus majoratus tradit Pelaez. a Meres *tract. de Major. P. 1. qu. 10. n. 35.* Petr. Barboſ. *ad l. divortio §. ſi vir in fundo ff. ſol. matr. n. 18.* Principi autem tanquam Regale certus tantum debetur canon ſive reditus metallicus *l. 3. C. de Metall.* qui interdum eſt decima interdum vero major aut minor portio *d. l. 3. & l. 5. C. eod.* Peregrin. *de Jure Fiſc. L. 4. tit. 2. n. 11.* Chaſſan. *in Conſuet. Burgund. Rubr. 1. des juſtices. §. 1. n. 14.* Et ſolvenda eſt non ex metallo, prout e terra eruitur ſed ex auro & argento jam purificato, Barboſ. *d. l. n. 20.* Choppin. *de Doman. l. 1. tit. 16. n. 12.* Klock. *de Jure vectig. Concl. 3. lit. A. in f.* nſ. alia ſit conſvetudo. Roſenth. *de feud c. 5. C. 88. lit. f.* Reliquum autem ſibi fodientes & invenientes retinent *d. l. 3. C. de Metall.* Ita tamen, ut ſi vendere reſiduum illud velint, fiſco redimendum offerant, quippe cui in hoc negotio jus πρωτοπραξίας competit *l. 1. C. eod.* Dn. Ziegler. *d. l. §. 8.* modo etiam competens pretium pro eo inventori exſolvat, *d. l. 1. in fin.* Sixtin. *de Regal. d. L. 2. c. 16. n. 71.* & id tenetur fiſcus emere, vel ſi nolit, licentiam dare, ut alteri inventor vendere poſſit, Matth. de Afflict. *ſuper. 2. feud. 56. quæ ſint Reg. §. argentariæ n. 2.*

§. V. Prædicta decima quoque Principi debetur, ſi

in

Digitized by Google

in loco publico auri & argenti fodinæ fuerint inventæ, Bocer. *de Regal. d. c. 3. n. 165.* quamvis alii in loco publico inventas totas Principis eſſe velint, Schneidew. *d. l. n. 106.* Boſſius *in Pract. Crim. tit. de Metall. n. 12.* Rebuff. *in l. 17. §. 1. ff. de V. S.* Heig. *P. 1. q. 13. n. 19.* & alii quos citat Sixtin. *d. l. n. 32.* Publicæ res ſunt, quæ pro uſu certi & cujusdam totius populi deputatæ, & ab ipſo occupatæ, Many. *ad §. 2. I. de R. D. n. 1.* quarum fructus ad dominos earundem ſcil. populum pertinent, *l. 25. pr. ff. de Uſur. l. fructus 45. ff. eod.* quod enim ex meo natum eſt, jure Gent. meum fit, *§. item ea. I. de R. D. l. 49. §. 1. ff. de R. V.* Cum ergo auri & argenti fodinæ ſint fructus prædiorum, *l. 7. § 13. & 14. ff ſol. matrim. l. 3. §. fin. ff. de Reb. eor. quæ ſub tut. vel. cur.* Roſenthal. *c. 5. concl. 91.* & quidem mere naturales, qui ſua ſponte proveniunt, non accedenta opera aliqua vel labore hominum, ſequitur etiam, ad Dominos prædiorum ſcil. populum pertinere. Uti enim prædia ſupra terram usque ad ſummum ſeu cœlum Dominorum ſunt, *l. 24. ff. de S. V. P.* ita quoque infra terram usque ad imum eorundem eſſe debent *l. un. C. de Theſaur.* Cæpol. *de S. R. P. c. 22. n. 4.* adeoque Principi ex talibus fodinis in loco publico repertis nihil niſi ſua decima debetur Einſidel. *d. l. n. 311.* Quod ſi tamen fundus eſſet ipſius Imperatoris vel Principis proprius, omne id, quod ex terra eruitur, ipſi tanquam prædiorum Domino, non ut aliquod Regale, ſed communi juris Gent. titulo acquireretur. vid. Einſidel. *d. l.* Hæc decima, ſive canon metallicus debetur Principi, ſi privatus in alterius privati fundo argentarias quæſiverit & invenerit; ita enim fodiens quidem ſibi acquirit, ſed duas ex iis dare debet decimas, alteram Principi tanquam Regale, & alteram fundi Domino *l. cunctis 3. C. de Metall.* quam portionem domino debitam non proprie decimam eſſe,

ſed quoddam intereſſe pro aliquali læſione fundi vult Schneidewin. *d. l. n. 106.*

§. VI. Occaſione autem hujus quæritur; an privato in alterius fundo metalla quærere liceat? dubitari poſſet exinde, quod nemini alterius fundum ingredi liceat ibi venandi cauſa, §. *12. J. de R. D. l. 3.* §. *1. ff. de A.R. D.* ſed Dominus eum poſſit prohibere; imo ſi contra prohibitionem ingreſſus eſſet, competit Domino actio injuriarum contra ingredientem. *l. injuriarum. 13.* §. *f. ff. de Injur.* vim enim facere videtur, qui invito Domino in ejus fundo verſatur, & qui agit, per quod libera poſſeſſio ei impediatur, *l. 11. ff de Vi & vi arm.* atque nemo me invito poteſt ire per agrum, meum, *l. 11. C. de Serv.* Facit etiam huc, quod nemo in alterius fundo data opera theſaurum invenire poſſit, *l. un. C. de Theſaur.* ergo quoque nec auri & argenti fodinas; Contrarium tamen deciſum *in d. l. 3. C. de Metall.* & quidem hoc propter publicam utilitatem Chriſtin. *V. 5. Dec. 67. n. 7. & 9.* Dn. Brunem. *ad l. 6. C. de Metall. n. 2.* cum publice interſit habere aurum & argentum, *l. 1 C. eod.* Johan. ab Immol. *Conſ. 87. n. 1.* & Principi tanquam Regale ſua decima ſolvatur ad augendum ejus ærarium, Döring. *in Biblioth. JCtorum voce ærarium n. 140.* Myler. ab Ehrenbach. *d. c. 69. n. 4.* cui ex theſauro invento nihil omnino debetur, & theſaurus caſu, metalla autem magno labore & opera eruuntur D. Brunnem. *ad l. 3. C. eod. n. 3.* Quæ fodiendi licentia tamen limitatur, modo fodientes a fundamentis aliarum ædium abſtineant Sixtin. *L. 2. c. 16. n. 39. & ſeqq.* Schneidew. *d. l. n. 106.* & effodi aurum ac argentum ſine damno ſuperficiei poſſit, Roſenthal. *d. l. Concl. 90. n. 2.* alias neutiquam permittenda eſſet earum inveſtigatio, magis enim intereſſet Reipubl. ne urbs ruinis deformaretur. *l. 2. C. de Ædif. priv.* & dummodo (3.) ipſe Domi-

Dominus non impediatur arando ac ſerendo, *l. 5. C. de Metall.* Socin. *in l. fructus* 7. §. 13. *ff. ſol. matr.*

§. VII. Prædicta multo magis procedunt, ſi Dominus in ſuo invenerit venam auri & argenti, quæ extenditur ſub fundum alienum, quod eam etiam invito Domino perſequi poſſit, Schneidew. *d. l. n. 107.* Roſenth. *d. Concl 90. n. 7.* partis enim unius apprehenſione aut occupatione tota intelligitur apprehenſa & occupata, etiamſi ſub diverſis & alienis ſint fundis, Caſtrenſ. *in l. divortio. §. ſi vir in fundo. 13. ff. ſol. matr. & Conſ. 34. V. 2.* Cæpoll. *de S. R. P. tit. 22. n. 4.* Imo ſi alter foramen novum in fundo ſuo facere vellet, ut ad illam venam perveniret, & eam priori foſſori præcideret, poſſet ab eo prohiberi, quia eo ſciente & patiente talem venam præoccupavit *l. ſi quisquam. ff. de Diverſ. & temp. præſcr. l. 13. §. f. & l. ſeq. ff. de Injur.* Neque obſt. *l. 24. §. f. ff. de Damn. inf. l. 26. pr. ff. eod. l. 21. ff. de Aq. & aq pluv. arcend.* ubi vicinus dicitur mihi præcidere poſſe venam aquæ, & ejus commoditatem mihi aufferre, quo puteus meus fiat inutilis, Gail. *L. 2. Obſ. 69. n. 12.* ergo etiam venam auri & argenti per fundum ejus transeuntem; Sed neg. conſequentia; nam non vertitur utilitas puclica in vena aquæ, ſed privata tantum, in effodiendo autem auro & argento vertitur utilitas publ. quæ ſemper privatæ præfertur, *l. un. §. fin. C. de Cad. toll. l. 3. C. de Primipil.* Hartm. Hartmanni *Pract. Obſerv. L. 2. tit. 24. Obſ. 1. n. 7.* Qui addit & hanc rationem; ſc. uti theſaurus ſub meo fundo occultus non eſt meus, antequam fuerit repertus, & a me apprehenſus, ſed eſt in nullius bonis, ac inventoris & præoccupantis fit, *l. nunquam §. theſaurus ff. de A. R. D.* Ita quoque venas non eſſe eorum, ſub quorum prædiis ſunt, ſed in nullius poteſtate, fieri autem invenientium & occupantium Hartm. *d. l. n. 10.* Sed de his dubitare liceret: Dicitur

 enim

enim in *l. 7. §. 14. ff. ſol. matr.* Quod auri & argenti fodinæ ſint in fructu, fructus vero cum pars prædiorum ſint, *l. 44. ff. d. R. V.* Simul quoque cum prædio tanquam acceſſorium poſſidentur, nec in nullius poteſtate ſunt, uti theſaurus qui non eſt in fructu, nec naſcitur in fundo, ſed caſu invenitur. Licet hoc ad auri & argenti fodinas jam repertas, quod nullius non amplius ſint, reſtringendum putem, nam *d. l. 7. §. 13. & 14. ff ſol. matr.* de jam inventis loquitur; Et ad poſſeſſionem alicujus rei non tantum corpore ſed & animo opus eſt. Accedit huic publica utilitas & præventio, ſibi enim imputare debet Dominus, quod initio non ſtatim jure ſuo uſus fuerit, ſed in ſuo fundo quærere, & publicam promovere utilitatem neglexerit. Dn Brunnem. *ad l. 6. C. de Metall. n. 2.* Jam autem cum paſſus fuerit alterum in vena auri & argenti inquirenda tantos facere ſumtus, totque ſuſtinere labores, ſi eidem impedimento eſſe cogitaret, quo minus quoque debita emolumenta ex ea inventa poſtmodum percipere poſſet, res malitiæ proxima videretur, cui neutiquam indulgendum eſſe æquitas ſuggerit. *Rumelin. d. Diſp. 8. ad A. B. th. 15.*

§. IIX. Quod hactenus dictum; privatum in alterius prædio auri & argenti fodinas quærere poſſe, limitant Dd. dummodo fodere volentes ſint Principis autoritate inſtructi, & privilegium vel inveſtituras habeant fodiendi in alieno, Boſſ. *de Metall. n. 7,* Peregrin. *d. l. n. 14.* quæ an præciſe neceſſaria ſint, merito dubitatur ob generalitatem verborum *l. 1. & 3. Quicunque &c. & Cuncti.* vid. Sixtin. *d. l. n. 56. & 57.* Inſpectores tamen Princeps conſtituere poteſt, ne aliqua fraus ratione decimæ committatur, *arg. l. 16. §. 1. ff. de Uſu, & habit.* Schurff. *Cent. 1. Conſ. 26. in f.* Heig. *P. 1. qu. 13. n. 51.* Vel quando Dominus feudi plane non foderet,

ret, vel in opere cœpto non perſeveraret, ſed deſiſteret, poteſt ipſe Princeps metallarios mittere, ut ſuo nomine fodiant, vel aliis hujusmodi jus concedere, Roſenthal. *d. l. Concl. 89. n. 5.* in aliquibus enim locis, ubi quis anno & die laborare ceſſavit, quod quivis alius excluſo illo, qui annuo ſpatio laborare intermiſit, a Principe de iſtis fodinis inveſtiri poſſit, obſervari, tradit Roſenthal. *d. l. n. 6.* vel aliquando neglectores biennales dominio privari, Einſidel. *d. c. 3. n. 118.* ita quoque olim agrorum deſertores puniebantur, & quas reliquerant, poſſeſſionibus privabantur, *l. 8. C. de Omn. agr. deſert.* Menoch. *Rem. recup. Poſſ. 13. n. 76.*

§. IX. Prædicta decima ſive canon metallicus debetur principi, ſi in fundo feudali inventæ fuerint auri & argenti fodinæ, cum ſit de Regalibus, Roſenthal. *c. 5. Concl. 91. n. 3.* Reliqua vero in fundo feudali reperta ſpectant ad Vaſallum, quia auri & argenti fodinæ in fructibus cenſentur *l. 13. §. 5. ff. de Uſufr. l. 7. §. 13. & 14. ff. ſol. matr.* Modo Vaſallus ipſe venas auri invenerit & foderit, Matth. de Afflict. *in d. c. un. verb. argentariæ n. 6.* Roſenthal. *d. l. n. 2.* Nam ſi alius præter Vaſallum invenerit, duas dare tenetur decimas, alteram Principi ceu Regale, alteram vero Vaſallo, utile feudi dominium habenti Iſern. *in d. c. un. quæ ſint Reg.* Cravett. *Conſ. 209. per tot.* Weſenb. *Conſ. 45. n. 24.* Ex litteris autem inveſtituræ denen Lehn Brieffen, præprimis videndum, quid Vaſallo competat, earum enim tenor in decidendis controverſiis feudalibus maxime eſt attendendus, Gail. *l. 2, O. 50. n. 15.* Mynſ. *Cent. 5. O. 76. n. 1.* Et omni feudorum naturæ derogat, Hartm. Hartmanni *L. 2. tit. 54. O. 16. n. 8.* Quod ſi vaſallus a Principe ſit inveſtitus quidem cum mero & mixto imperio ſine tamen expreſſa Regalium conceſſione, hanc decimam Principi alias

 debi-

debitam tamen non habet Weſemb. *d. Conſ. 45. n. 25.* Zaſ. *V. 2. Conſ. 16. n. 67.* Cum ſub conceſſione omnimodæ juriſdictionis Regalia non veniant Menoch. *L. 3. Præſ. 97. n. 4.* Schneidewin. *d. l. P. 2. n. 96.* Joach a Beuſt. *in l. admonendi 31. ff. de Jurejur. n. 968.* Ruin. *V. 5. Conſ. 111. n. 2.* Imo neque conceſſo caſtro cum omnibus pertinentiis, **mit allen Nutzungen zu und Eingehörungen** Menoch. *d. l. n. 41.* Niſi Princeps aliqua ex Regalibus ſibi reſervaverit expreſſe, hanc vero decimam auri vel argenti non reſervaverit, ſic conceſſa præſumitur, Afflict. *d. l. n. 6.* Decius *L. 2. Conſ. n. 13.* Menoch. *d. l. n. 37.* Vel niſi Vaſallus a Principe ſit inveſtitus cum metalli fodinis, ſic quoque, ne hæc verba (*cum metallifodinis*) fruſtranea ſint, conceſſa decima præſumitur. Roſenthal. *d. l. Concl. 91. lit. f.*

§. X. Et hæc quidem ita obtinent jure Rom. quod in Deciſionibus huc usque adductis fundamenti loco ſuppoſuimus. Cæterum hodie de notoria Germ. Conſuetudine fodinas metallicas omni ex parte Regalibus annumerari, ferunt Gœddeus *ad l. 17. ff. de V. S. n. 14.* Schulz. *in Synopſ. jur. feud. C. 7. n. 176.* Kniechen. *de Sax. non provoc. jure c. 5 n. 108.* Renat. Choppin. *de Doman. lib. 2. tit. 2. num. 6.* Heig. *l. 1. qu. 13. num. 29.* Adeo ut nemo nequidem in proprio fundo metalla præſertim nobiliora ut auri & argenti fodinas quærere poſſit, niſi prius ab imperatore vel alio territorii Principe de hoc ſpecialiter ſit inveſtitus & id ipſi conceſſum Coler. *P. 1. Dec. 98. num. 3.* Zobel. *P. 2. Diff. 42. n. 8.* **Wo einer Bergwerck haben will, ſo muß er von der Käyſerl. Majeſtät oder denjenigen, ſo es die Käyſerliche Majeſtät zu lehen hat geliehen, gelehnet ſeyn, wie es die beſchriebene und auch zum theil die öffentliche gemeine Gewohnheit und Gebrauch über Menſchlichen**

Ge-

Gedencken eingeführet bewahren, und ſonderlich in deutſcher Nation alſo üblichen gehalten wird, das niemand Metall oder Bergwerck auch in ſeinen eigenthümlichen Gütern, Gründen und Aeckern ohne vorgehende Lehen ſuchen, noch graben mag, uti videre licet in der Chur- und Fürſten zu Sachſen, Manßfeldiſchen, Hohenſteiniſchen, Stollbergiſchen, Goßlariſchen und andern Bergwercken, Reinhard. *P. 6. Diſſ. 8.* Carpz. *de Regal. c. 3. Reg. 23. aph. 3. in f.* Dn. de Seckendorff im deutſchen Fürſten-Statt. *P. 3. c. 3. n. 3. & ſeqq.*

§. XI. Hinc in Domini territorii, Regale hoc poſſidentis poteſtate & arbitrio eſt; an fundi Domino ſub onere decimarum perceptionem fructuum ex aurifodinis permittere, vel ſibi eas totas reſervare velit, Carpz. *P. 2. C. 53. D. 1.* Struv. *S. J. F. c. 6. aph. 26, n. 3.* Quod & circa generalem hanc conſuetudinem diſerte probatur ex Henrici Sexti Romanorum Regis effato in Privilegio, quod anno 1179. conceſſit Epiſcopo Mindenſi, & legitur apud Goldaſt. *T. 3. Conſt. Imp. p. 392.* *Cum omnis* (ait ibi Imperator) *argenti fodina ad jura ſpectet Imperii, & inter Regalia noſtra ſit computata, nulli venit in dubium, quin ea, quæ nuper in Epoſcopatu Mindenſi dicitur inventa, ad noſtram totaliter ſpectet diſtributionem, unde in ea nulli hominum quicquam juris recognoſcimus, niſi hoc a noſtra libralitate valeat ſpecialiter impetrare; mandamus igitur omnibus vobis & ſingulis &c. ut nullus veſtrum ſe de prædicta argenti fodina intromittat, nec aliquid juris ſibi ſine noſtra licentia in ea uſurpet &c.* Quo facit quoque *Aurea Bulla Caroli IV. Imper. tit. 9.* Von Gold, Silber und andern Ertz wegen. verb. Wir wollen und ordnen &c. Daß unſere Nachkommen die Könige in Böhmen, auch alle und jede Churfürſten, Geiſtliche und Weltliche, die hinführo ſeyn werden, alle Gruben Goldes

des und Silbers, die Ertz des Kupfers, Zinnens, Bleyes, Eiſens, Stahles und welcherley ander Geſchlechte es ſeyn, auch Saltzes, das funden iſt, und noch funden wird, fortan zu ieden Zeiten im ermeldten Königreich und in allen andern Theilen und Landen, ſo demſelben Königreich unterworffen ſind, und die obberührte Fürſten in ihren Fürſtenthümern, Herrſchafften und Zugehörungen, recht und rechtlich mögen beſitzen, mit allen Rechten, nichts ausgenommen, &c. Quibus ſatis clare probatur, integras argentarias Regalium Jure Principis eſſe, quamvis adhuc multi ſint, in contrarium arbitrantes (1.) hanc conſuetudinem generalem non eſſe, quare cum ſit ſtricti juris, eam non extendendam, ſed reſtringendam. Sixtin. *d. c. 16. n. 45.* neque ex dicto Henrici Sexti Epiſcopo Mindenſi conceſſo privilgio, neque ex Aurea Bulla quicquam probari poſſe, Conr. ab Einſidel *d. c. 3. n. 314. & ſeq.* Limn. *Obſ.* 1. *ad A. B. c. 9. n. 4.* Knipſchild. *de Civit. Imp. L. 2. c.* 17. *n. 56.* Rebuf. *in l.* 17. §. 1. *ff. de V. S.* Bocer. *de Inveſt. feud. c. 3. n.* 103. *in fin.* Buxtorff. *ad A. B. c. 9 n. 89. lit. F. & plures alii.* (1.) Quod jure Rom. ſatis dilucide conceſſæ privatis fuerint auri & argenti fodinæ reſervata Regalium nomine tantum Principi decima, ut igitur hoc jus Cæſareum correctum dici queat, neceſſario requiri verba expreſſa & ſpeciatim de correctione legis prioris in poſteriori loquentia, neque ſufficere verba generalia, Everhard. *loc. 79. n. 15. & ſeq.* adeoque cum Aur. Bulla correctionis non faciat expreſſe mentionem, ſed generaliter loquatur, per eam jus prius, Cæſareum ſcil. correctum dici non poſſe, Limn. *d. l. n. 4.* (2.) Quod in dubio quoque, ut hic verſamur, contra fiſcum ſit pronunciandum, Afflict. *Dec. 321. n. 10.* Sed Reſp hæc quidem alias per ſe veriſſima forent, ſi Jus Romanum in hoc

hoc puncto unquam in Germania receptum eſſe, conſtare poſſit. Non enim recepto Jure Romano omnes in Germania receptæ conſuetudines abrogatæ, ſed potius eædem in plerisque retentæ. Notabilis textus eſt *in Conſt. Crim. art. 140.* **dem gemeinen Rechten, und löbl. hergebrachten Gebräuchen gemäß,** ubi ſimul Principibus reſervantur **ihre wolhergebrachte, rechtmäßige und billige Gebräuche:** Non ergo conſuetudo Germaniæ correctoria dicenda Juris Romani; Sed potius jus Romanum correctorium erit conſuetudinum Germaniæ; quæ tamen correctio, niſi probata ſpecifica Romani juris receptione, hoc paſſu non præſumenda. Namque tempore Caroli IV. Imper. ſeculo ſcil. XIV. quo Aurea Bulla lata & promulgata, Jus Juſtinean. in tota Germania nondum receptum fuiſſe, docet Dn. Præſes *de Uſu Moderno Pandect. diſp.* 1. *de Uſu autor. Juris Rom. in foris Germaniæ* §. *22.* Sed id demum invaluiſſe & incrementa cepiſſe initio ſeculi XV. §. *23. & 24. dict. diſput.* Ergo cum tempore Aureæ Bullæ latæ nondum autoritas & uſus fuerit Juris Romani, neque id per eam dici poteſt correctum, privationem enim præſupponere habitum neceſſe eſt. *l. decem ff. de V. O.* Imo ante Aur. Bullam in plerisque Germaniæ locis, imo & extra Imperium Jus Saxon. obtinuiſſe docet iterum Dn. Præſ. *d. l.* §. *11. & ſeqq.* Jure autem Sax. Auri & Argentifodinas ad Regalia pertinere palam eſt, per text. **Land-Recht.** *L. 1. art. 35. pr. ibi.* **Alle Schätze unter der Erden begraben tieffer dann ein Pflug gehet, gehören zu der Königlichen Gewalt,** ſequitur E. dubio procul, Carolum IV. Imperatorem tunc temporis ad uſum juris Sax. reſpexiſſe, & ad Regalia Auri & Argenti fodinas relatas voluiſſe, verb. **recht und redlich mögen beſitzen, mit allen Rechten, nichts ausgenommen,** & ita omnino Privati ſine ſpeciali Principis privilegio ſive conceſſione auri-

 ritodinas

Digitized by Google

rifodinas hodie in fundis ſuis quærere & poſſidere nequeunt, Coler. *Dec. 98. n. 3.* Dn. Ziegler. *d. L. 2. c. 19. §. 16.*

§. XIII. Regalia enim a privatis exerceri nequeunt, cum Regalia ſint jura ſoli Imperatori propria, per *text. in Conſt. Fr. Imp. de Pace Conſt. §. volumus, ibi: quæ ſpecialit. ad noſtram exellentiam ſpectant* **Reichs Abſchied** *de anno 1576.* §. **Dadurch dann,** ibi **Käyſerliche beſondere Hoheit und** reſervaten. Et hodie Electorum & aliorum Principum præcipue ex conceſſione Imp. Vultej. *1. F. 5. n. 7.* Einſidel. *de Regal. c. 1. n. 25.* vel etiam vi præſcriptionis immemorialis. *arg. c. ſuper quibusdam 26. §. Præterea X. de V. S.* **Reichs Abſcheid zu Augſpurg** *de anno 1548.* §. **und ſoll unſer** juncto §. ſeq. **wann auch ein ausgezogener** ibi: **daß er je in Menſchen Gedächtniß** & §. **wo aber innerhalb Menſchen Gedencken** &c. Unde quamvis *in d. c. 9. Aureæ Bullæ* ſolum fiat mentio Regis Bohemiæ & Electorum, & auri & argenti fodinæ jus ad eos reſtrictum, cæteri vero Principes excluſi videantur, verb. **daß unſere Nachkommen, die Könige in Böhmen, auch alle und jede Chur Fürſten Geiſtliche und Weltliche, die hinführo ſeyn werden** &c. Attamen hodie mediante inveſtitura vel immemoriali præſcriptione, imo quod majus eſt, jure ſuperioritatis territorialis, Principibus quoque cæteris, aliisque imperii Statibus venæ metallicæ competunt **Reichs-Abſcheid zu Augſp.** de anno 1551. §. **weiter ſo ſetzen wir** &c. Heig. *P. 1. qu. 13. n. 30.* Simon Piſtor. *Conſ. 4. poſt Conſ. Modeſt. Piſtor. V. 2. n. 7. & ſeqq.* Arniſæ *de Jur. Majeſt. c. 5. n. 4.* Schweder. *d. c. 15. §. 12.* Hinc Carolus Magnus Ludovico Comiti Glichenſi facultatem aurum, argentum fodiendi atque metalla in ſuo diſtrictu conceſſit, Goldaſt. *T. 1. Conſt. Imp. p. 17.* Et Fridericus Ludovico Bavariæ Duci & Palatino Rheni omne genus metalli in terris patrimonii & feudi fodere ſpecialiter indulſit, Goldaſt. *d. T. 2. p. 298.* Arum. *ad A. B. c. 9. in pr.* Et Comites Mansfeldicos, quamvis olim fodinas ab Imperatore imme-

diate

Digitized by Google

diate recognoverint hodie ab Electore Sax. in feudum profiteri teſtatur Kniechen. *all. l. n. 128.* de Civitatibus Imperialibus idem quoque aſſerit Myler. ab Ehrenbach *l. 2. c. 16 n. 55.* Sic Norimbergenſi Reipubl. a Carolo V. Imp. anno 1540. privilegium datum, a Ferdinan. I. anno 1559. Maximiliano II. anno 1567. Rudolph. II. anno 1577. Matthia anno 1613. Ferdinando II 1620. & ſequentibus Imp. jus metalli fodinas habendi easve colendi confirmatum fuit. *Addition.* Klockii *de Ærar. L. 2. c. 27. n. 8.*

§. XIV. Aliquando tamen Principes etiam privatis ſpecialiter concedere ſolent fodinas ſeu partes fodinarum, Bergtheile, Kuckus, & jus inde percipiendi proventus, die Ausbeute, ita ut decima ſive canon metallicus inde Principibus ſolvatur, Struv. *S. I. F. c 6. aph. 26. n. 5.* in quibus rebus præprimis attendendæ ſunt ordinationes fodinarum & ſtatuta die Berg Ordnungen, & Conſuetudines locorum Landesgebrauche und Gewohnheiten per *tex. in l. 2. C. de Metall. ibi: in quo propria conſuetudo &c.* Afflict. *d. Dec. 321. n. 3. & 17.* Sic quamvis Jure Sax. res clara ſit Auri & argenti fodinas ad Regalia pertinere, per ſupra *all. text.* Landrecht. *art. 35. L. 1. verb.* alle Schätze, ſo unter der Erden ꝛc. tamen in iſtis provinciis Saxon. adeo ſtricte cum Dominis locorum, in quibus tales venæ inveniuntur, non agi, refert Heig. *d. l. n. 42.* ut omnis metallorum utilitas ipſis auſſeratur, nam conceſſionem auri fodinarum a Principibus quidem petendam, & ſingulis quadrantibus anni renovandam, nihilominus tamen certam redituum portionem Dominis territoriorum Conſtitutiones matallicas concedere, vulgo einen freyen Erbkuckus oder vier Erbkuckus auf des Grundherrn ſelbſt Verlegen und Unkoſten. Quod autem aliorum metallorum fodinas ſpectat, ſi quis ab Electore vel Duce Saxon. de feudo aliquo cum mero mixtoque imperio ſeu ſuperiori & inferiori jurisdictione mit Ober- und Niedergerich-

Digitized by Google

ten inveſtitus ſit, & in eo fodinæ metallicæ reperiantur, ubi æs, ſtannum vel plumbum vincant aurum vel argentum æri, ſtanno vel plumbum admixtum, quod tunc lucrum totale Vaſallo cedat, ut non tantum ipſos proventus, ſed & decimas, aliaque jure communi alias Principi competentia retineat, quod ſi vero aurum argentumve ſeu copia ſeu valore dicta viliora metalla ſuperet, decimæ cæteraque ſuperiori debita Principi cedant, Reinhard. *P. 5. diff. Sax. 8.* Schulz. *d. l. n. 177.*

§. XV. In Bohemia dimidia decima Dominis fundi debetur, vermöge Vergleichs de anno 1574 zwiſchen Königlicher Majeſtät und denen Ständen in Böhmen die Bergwerck und Metall belangend verb. und was alſo von Gold und Silber aus den Gnaden GOttes gemacht oder gewonnen wird, davon ſollen wir dem Grundherrn auf des Grunden Bergwerck erhebt und gebauet werden, Vermöge voriger beſchehener Vergleichung den halben Theil des gantzen Zehends erblich erfolgen laſſen, aber der Gold und Silber-Kauf, auch der Schläg Schatz von der Müntz ſoll uns und unſern Nachkommen den Königen zu Böhmen allein bleiben. Und damit aber ſie die Grundherrn unſer gnädigſtes Gemüth und Neigung ſo wol zu ihnen als zu den Bergwercken deſto mehr im Werck ſpüren, ſo bewilligen wir hiemit über diß alles ferner gnädiglich, daß allen Grundherrn auf deren Grund Bergwerck in eſſe ſeyn, oder noch weiter aufkommen möchten, von unſern als jetzt regierenden und noch kommenden Königen zu Böhmen gebührenden halben theil Zehends noch ein 4teil das iſt von den gantzen Zehend 3 viertel auf 25 Jahr von dieſen gegenwärtigen Landtags Beſchluß anzureiten, frey erfolge, uns und unſern nachkommenden Königen zu Böhmen aber das 4. viertel zehend in allewege ordentlich gereicht und nach Verſcheinung der jetzt

benan-

benanten, fünf und zwantzig Jährigen Gnad der halbe zehend, widerum zu gut kommen ſolle. Uti refert Deucer. *in Corp Jur. Metall. p.252.* Singulorum igitur locorum Statuta & conſuetudines obſervandæ ſunt.

§. XVI. Quod ſupra dictum, aurifodinas in feudo repertas ad Vaſallum pertinere, hodie ſecundum hactenus aſſerta ſecus eſt, cum fodinæ omni ex parte Regalibus annumerentur, Vaſallo vero Regalia non competant, niſi de iis expreſſe quoque ſit inveſtitus a principe, ergo nihil ex fodinis ſine expreſſa Principis conceſſione ſibi talis vindicare poterit, Mynſ. *Rſ. 39. n. 4.* Heig. *d. q. 13. n. 30.* etiamſi Princeps ipſi feudum conceſſerit cum omnibus fundi utilitatibus Simon Piſtor. *d. Conſ. 4. n. 10.* Struv. *d. l. n. 6.* Quod ſi tamen Princeps privatis argentarias conceſſerit, ſemper præ omnibus eidem competit excocti argenti emtio, **der Gold und Silber-Kauff,** Boſſ. *de Metall. n. 3.* Kniechen. *d. l. n. 126.* Lather. *d. c. 3. n. 28.* Poteritque prohibere ne aurum vel argentum exportetur ne aliquando iisdem Resp. indigeat, Dn. Zieglerus *L. 2. c. 41. 61.* quod jam olim quoque ne ad Barbaros exportetur, ſevere interdictum *l. 2. C. de Commerc. & mercat.*

§. XVII. Hodie id etiam omnium fere Principum legibus ſeveriſſime ſancitum, ne aurum vel argentum extra Imperii fines evehatur, teſtis eſt Bodin. *de Republ. L. 6. c. 3.* Receſſibus Imperii ſaluberrime cautum, ne aurum vel argentum infectum, vaſa argentea vel ducati probi ullo pacto efferantur, ſecus facientes corpore bonisque mulctandos. Denaiſ. *in Jur. Camer. tit. 192. de Monetar. edict. n. 20. & 4.* Lenz. **In Fürſtellung der Mängel in Müntzweſen** &c. *6.* **Mängel** *p. 29. & ſeq.* Quo procul dubio & Imperator, quæque rei nummariæ incommoda aboliturus reſpexit *in Capitul. CÆS. LEOPOLD. art. 33. verb.* **und was ferner zuträgliches zu Abwendung ſolcher langgewärten Unrichtigkeit in Müntzweſen**

vor gut befunden werden möchte, nicht unterlaſſen. Ita in Belgio *anno 1553.* ne aurum argentumve etiam damnata moneta exportetur amplius, quam iter, quod quis agendum habet, exigat, edixit Carol. V. Imp. Dn. Zieglerus *d. l.* Grönwegen *ad l. 2. C. de Commerc. & Merc.* In Anglia quoque vigere ſtatutum, ne quis plus pecuniæ quam quod viatico ſufficiat, e Regno egerat ſuperfluum Inquiſitores & Viſitatores fiſco Regio adjudicare teſtatur Klock. *d Ærar. L. 2. c. 24. n. 4.*

CAPUT III.

DE

JURE PRINCIPIS CIRCA SALINAS.

SUMMARIA.

Salinæ ſunt de regalibus. Intelligitur hoc de certo vectigali ſeu reditu: Qui Principi tantum in privatis ſalinis competit §. I. Privati ſalem vendere nequeunt niſi Principi, hoc jus in Principibus antiſſimum eſt. Principes olim certis conductoribus jus vendendi ſalem locaverunt, ſine quorum licentia alii vendentes ſalem in graves pœnas incidunt. §. II. Hæc conſuetudo Principis an valeat? Monopolinm graviter prohibitum. Ratio decidendi. §. III. Princeps vigore protimiſeos in emendo ſale omnibus antefertur. Quando Princeps mercaturam alicujus rei intuitu Regalium exercet, id monopolium non eſt. Princeps aliquando monopolium in Reipubl. utilitatem exercere poteſt et pro ſale ſubditorum juſtum pretium dare tenetur. Quomodo proficiat hic ſalinarum proventus. §. IV. Exempla eorum qui tale ſalis monopolium exercent. Princeps prohibere poteſt, ne exteri ſalem offerant & vendant. §. V. Privati hodie non amplius ſalinas poſſident. Salinæ & regalia jam ante Aur. Bul. relatæ. Quomodo & quibus ſalinæ concedantur. Urbes non pagi hodie habent facultatem ſalis emendi. §. VI. Princeps ſubditis fundi pretium reſtituere tenetur. Ampliatur. §. VII. Princeps mortuo vaſallo,

cx

Digitized by Google

ex feudo ejudem filias in ſubſidium elocare tenetur. Non diſtinguitu: an feudum ſit novum an antiquum. §. IIX. Ad quem fructus poſt mortem vaſalli ſpectent. §. IX.

§. I.

SAlinas non minus quam argentarias inter Regalia numerari probat *text. 2. F. 39.* Natta. *Conſ. 66. n. 2.* Bertaz. *V. 2. Conſ. 281. n. 8.* Quod tamen non aliter quam de ſalis quodam vectigali ſeu reditu intelligendum Menoch. *Conſ. 302. n. 31.* Sixtin. *de Regal. L. 2. c. 19. n. 2. & 4.* Decius *Conſ. 293. n. 1.* probatur hoc ex *all. text. 2. F. 56.* ibi: *piſcationum reditus & ſalinarum.* & *l. 17. §. 1. ff. de V. S.* verb. *item ſalinarum.* privati enim Jure Romano ſalinas poſſidere poſſunt. *l. 4. §. 7. ff. de Cenſ. l. 5. §. 1. ff. de eor. l. 32. §. 2. & 3. ff. de Uſ. & uſufr. leg.* & in quorum prædiis ac fundis reperiuntur, earum Domini manent, Ruin. *L. 1. Conſ. 90. n. 14.* Nec in hiſce privatis ſalinis Principi aliquod ius competit Georgius de Cabed. *P. 1. Dec. 53. n. 3.* niſi ſolum vectigal quod Regalis nomine ipſi penditur, Menoch. *d. l. n. 31.* ad ſimilitudinem argenti fodinarum, quæ cum in jure paſſim comparentur, ut videre eſt in *l. 1. pr. ff. quod cujusque Univ. l. 3. § fin. l. 4. & l. 5. §. 1. ff. de Reb. eor. qui ſub tut. l. 13. pr. ff. de Publ. & vect. l. 8. §. 8. ff. de Pœn. l. 17. §. 1. ff. de V. S.* idem quoque utrobique jus conſtituendum. Sixtin. *d. l. n. 9.*

§. II. Quamvis autem juxta hæc privati licite ſalinas habeant, talem ſalem vendere nequeunt, niſi Principi pro certo pretio, quod ita in Regno Neapolitano obſervari aſſerit, Matth. de Afflict. *de c. quæ ſint. Reg.* verb. *& ſalinarum. n. 5.* Et longo tempore hoc jus in Principibus invaluiſſe Barboſ. *ad l. Divort. §. ſi vir in fundo. ff. ſol. matr. n. 29.* Klock. *de Ærar. L. 2. c. 9. n. 18.* imo antiquiſſimum, & incepiſſe fere ab ipſius orbis initio Alciat. *in l. inter publica de V. S. n. 5.* Jam olim enim Principes hoc

hoc Regale ſibi reſervarunt, ut ſalinas conductoribus quibusdam locarent, qui vocati ſunt publicani, cum eo privilegio, ut hi ſoli habeant ſalem vendendi facultatem ut docent. *l. 1. pr. ff. quod cujusveque univ. l. 59. §. 1. ff. de Hered. inſt. l. 13. pr. ff. de Publ. & vectig. l. 11. C. de Vectig.* Aug. Berojus *L. 2. Conſ. 51. n. 26.* Adeo ut vendentes ſalem ſine horum publicanorum, vel eorum qui id a fiſco emerunt, licentia in graves incidant pœnas *d. l. 11. C. de Vectig.* ſales ſcil. una cum eorum pretio in commiſſum cadunt, & emtoribus ſeu ſalinarum conductoribus debentur, *d. l. 11.* Bonav. Stracha. *de Mercat. P. 4. n. 30.* Brunnem. *ad d. l. 11. C. de Vectig. n. 3.*

§. II. Quam Conſuetudinem, Principem ſcil. ſolum vendere poſſe, juris communis rationibus repugnare, dicit Cæpolla *in l. 17. §. 1. ff de V. S. n. 4.* utpote quæ unicuique pro lubitu ſuum vendere permittunt, *l. dudum C. de Contr. emt.* Klock. *d. l.* modo non ab aliis quam Emtoribus & conductoribus fiſci ſalem emat & lucri cauſa revendat, ſed ſuum proprium vendat, quod permiſſum. *l. 1. C. de de Vectig.* Cravetta *L. 1. Conſ. 6. n.* 115. Adeoque eam in Principe minime ferendam dicat Bodin. *de Republ. L. 6. c. 2. p.* 1017. quod turpe ac fœdum ſit, vili pretio mercari a ſubditis, ut iidem carius res emtas emere cogantur, quod Alphonſum Regem Neapol. ſuis æque ac exteris fecit odioſiſſimum, teſte Bodin. *d. l. p. 1017. in fin.* Quin imo videtur hoc eſſe monopolium, quod graviter prohibitum *l. un. C. de Monop.* nec in Rebus publ. bene conſtitutis tolerandum, per *Rec. Imp. de Anno 1548.* Aug. ſub tit. Die Monopolien und ſchädliche Fürkauff belangend. *Rec. de Anno 1500.* von wucherlichen Contracten und Monopolien. *Rec. Aug. de Anno 1566.* & *Receſs. Spir. de Anno 1570. Ratisbon. 1576.* item Policey Ordn. zu Franckfurt *Anno 1577.* quibus in locis conſtitutum, ut monopolia in toto Imperio irrita injuſta & reprobata ſint, & Magiſtratibus

ſub

ſub pœna 100. marcarum auri, ut illas ſanctiones rigidiſſime obſervent, injungitur. Attamen ſi conſideremus publicam utilitatem, injuſtum id non eſt, nam quamvis vnicuique jure communi liceat vendere ſuum ſalem, *l. magis puto §. 1. ff. de Reb. eor.* Bertazol. *V. 2. Conſ. 281. n. 8.*

§. IV. Princeps tamen uti alias vigore protimiſeos omnibus aliis emtoribus antefertur Rauchbar. *P. 2. q. 22. n. 8.* hinc in emendo ſale quoque aliis erit præferendus *l. 1. C. de Metall.* Afflict. *d. l. § argentariæ. n. 3.* Neque Monopolium hoc ſapit, quando Princeps Jure Regalium mercaturam rei alicujus exercet, veluti aliquarum gemmarum repertarum aut mineralium hoc enim Jus intuitu Regalium exercet, non nomine mercaturæ ſimpliciter. Illuſt. Dn. Rhetius *in J. Publ. L. 3. t. 5. § 3.* Imo Monopolium aliquando in Reipubl. utilitatem juſte Princeps exercere poteſt, ad pecuniam & nervum Reipubl. comparandum, Sigism. Scaccia. *Tr. de Commerc. & Camb. §. 1. qu. 7. P 3. lim. 10. n. 19.* Sicque cogere ſubditos, ut ſibi ſoli, vel nulli alias ſine ejus conceſſione ſalem vendant, Klock. *d. l. n. 18.* Dummodo quoque Princeps pro eo juſtum ſubditis ſoluat pretium: Venditores enim habent jus vendendi pro pretio juſto, quo bona fide & arbitrio prudentis res vendita æſtimatur; Atque ſic tantus ſalinarum proventus ſæpe cauſa eſt; ut ſubditi multo paucioribus quam alias tributis graventur a Principe, Barboſ. *d. l. n. 30.* quo faciunt, quæ habet Ruremundus *in Mammona* oder Schlüſſel des Reichthums, *c. 30.* dum ita ſcribit. Bey Städten und Ständen müſſen ſolche Monopolia dahin gerichtet werden, daß es mehr eine Kauffmannſchafft und Handthierung als ein Monopolium ſcheine, ſonſten würden ſolche die Reichs Conſtitutiones eben ſo wol betreffen. Dabey dann wol in acht zu nehmen, daß die gemeine Handlung im Kauffen und Verkauffen nicht geſteckt, ſondern allein der Kauffleut und Wuchrer übermachte Vortheil gedämmet

met, und dem gemeinen Mann ſolche Laſt leichter gemacht werde, auf ſolche Weiſe nun mag und kan ein Herr und Obrigkeit löb und nützlich handeln, und damit die Unterthanen vor Steuer, Schatzung, und gröſſeren Zoll befreyen; Wie wir ein Exempel haben an Rudolpho König in Böhmen, Käyſer Albrecht Sohn, welcher nicht allein mit guten Willen der mehrentheils Unterthanen in den Kuttenbergiſchen Silbergruben gehandelt, ſondern auch ſeinen Vorrath ſo er in Oeſterreich hatte, Wein, Saltz, Gerſten, Waitzen zum Brodt backen und Bier brauen in Böhmen führen laſſen, nach ſeinen Willen verkaufft, und alles in Händen gehabt und ſind damit die groſſen Schulden, welche zween ſeiner Vorfahren Namens Wenceßlai gemacht, abgeſtoſſen und bezahlt, gleichwol aber der Unterthanen mit ſonderbahrer Schätzung verſchonet worden.

§. V. Tale monopolium ſalis quoque exercet Rex Galliæ teſte Frehero. *de monet p. 48.* qui in Regia horrea certis locis diſpoſita reconditur pœna capitis in eos ſancita, qui aliunde quam ex iis horreis emerint, Thuan. *L. 5. Hiſtor. p. 153.* Salis quoque monopolium in ſuo territorio exercet Dux & Elect. Bavariæ, ex quo in ærarium quotannis tanti reditus inferuntur, ut multorum imperii Principum opes longe ſuperare dicantur Ahaſv. Fritſch. *Tr. de Monopol. c. 10. n. 73.* Et ſalis proventus eſt Tartarorum Principis domanium. Choppin. *de Doman. L. 1. tit. ult.* Eodem modo quoque Princeps prohibere poteſt, ne exteri ſalem afferant & in ſuis territoriis vendant, Abb. *in cap. ſuper quibusdam de V. S.* Quo ſc. Principes facilius ſalem proprium vendere poſſint, Barboſ. *d. l. n. 29.* quale privilegium a Sereniſſ. Duce Sax. Wilhelmo anno 1470. nacta eſt Civitas Salzungenſis verb. **zum achten auch ſoll niemand kein fremd Saltz in das Gericht zu Sal-**

tzun-

Digitized by Google

zungen führen, wer darüber beſehen oder befunden würde, den ſoll unſer Amtmann von unſert wegen büſſen.

§. VI. Quæ omnia hodie multo minus dubii habent; cum privati non amplius ſalinas poſſideant, niſi demum ex conceſſione, privilegio & inveſtitura Principis, namque uti Auri & argentifodinæ totæ inter Regalia numerantur, ita quoque ſalinæ, *A.B.d.c.9.* verb. auf Saltzes das funden iſt und noch funden wird &c. Ac præter Regem Bohem. & Electores cœteris quoque Principibus & Imperii Statibus ex ſingulari privilegio vel præſcriptione competit Dan. Otto. *d. J. Publ. c. 11. fol. 509.* Sprenger. *in Jure Publ c. 8. p. 210.* Speidel. *in Notab. voce* Saltz Saltzhandel. Imo ſalinas tanquam Regalia jam ante A.B. a Principibus poſſeſſas & exercitas eſſe hiſtoriæ docent, ſic ſalinæ Hallenſes ante 1000. annos ab Imper. Ottone Archi Epiſcopatui Magdeburgenſi conceſſæ & ita juris Epiſcopalis factæ ſunt, Heig. *P. 1. q. 14. n. 28.* Sprenger. *d. l.* Deinde rurſus ab Archi-Epiſcopis, Capitulo Magdeburgenſi id ratificante, Civibus Hallenſibus partim in feudum conceſſæ, partim vero menſæ Archi Epiſcopali deſtinatæ hac lege, ut certam quotam ſeu cotas ſalinarum ex illis reditibus Archi-Epiſcopis pendant, reliquum ſibi ſervent, daß ſie um die gewöhnlichen Außläuffte etliche Pfannen zu verſieden haben. Heig. *d. l. n. 33.* Carpzov. *P. 2. C. 52. D. 11. n. 4.* Klock. *de Ærar. L. 2. c. 9. n. 9.* Speidel. voce Saltzjuncker. quæ quota deminuitur & Epiſcopo decedit, ſi lignorum inciderit caritas. Speidel. *d. l.* Concedere autem plerumque ſolent ſalinas tantum Civibus ejusdem civitatis, uti in civitate Hallenſi ordinatum eſſe docet, Conſiliarius Regiminis Magdeburgici meritiſſimus Dominus D. Friederic. Hohndorff. in Beſchreibung des Hälliſchen Saltzwercks. *c. 3.* qualis quoque ſtatui meminit Wehner. *in Obſ. Pract.* Sub voce häußlich und heblich, vigore cujus nemo jus ſalinarum exercere eoque uti poteſt, niſi ſimul perſonaliter

liter in ipſa quoque habitet Civitate. Etiam quod monopolia ſalis, de quibus ſupra dictum, attinet, hodie in Germania uſitatum eſt, ut facultatem ſalis emendi & vendendi habeant urbes non pagi, daß den Saltzkauff die Städte haben in quibus ærarii locupletandi ratio militat, und nicht die Dörffer, Fritſch. *d. l.* qua in re plerumque ſtatuta ſive conſuetudines cujusque loci attendendæ ſunt.

§. VII. Cæterum ſi Princeps ſalinas in fundis privatorum inventas ſibi reſervet, nec ſubditis aliquid ex iis concedat, pretium tamen fundi iis reſtituere tenetur; alias enim ageret contra *l. 4. C. de Emanc. lib.* ſubditis ſua auferendo, quod obtinet quoque ſi fundus, in quo reperiuntur ſalinæ, corrumpatur, etiamſi ipſæ etiam ſimul extinguantur, Richter. *V. 2. Conſ. 405. n. 2. & 4.* verb. würde ſolch erbaut Saltzwerck ſeinen glücklichen Fortgang erreichen, und in Auffnehmen kommen, ſo iſt davon der zehende Theil an ſtatt des intereſſe zureichen Schneidew. *P. 2. n. 106. de Feud.* Roſenthal. *c. 5. concl. 89. n. 2.* Coler. *Dec. 98. n. 3.* im Fall aber das Werck umſchlüge, und ſich der Saltzbrunn nicht erhöbe, ſo iſt der Schade, ſo durch Zuführung des Holtzes der Steine, item mit tretten der Zimmer und anderer Leute auf der Wieſen, wie auch ander beweißlich intereſſe oder der Werth erwehnter Wieſen billig zu erſtatten. Roſenth. *d. c. 5. C. 88. lit. f.* vid. Beſold. *in theſ. Pract. voce* Saltzpfanne.

§. IIX. Quod ſi moriatur Vaſallus, cui ſalinæ conceſſæ in feudum, relictis quidem filiabus, ſed non tantis allodialibus bonis, ut filiæ inde elocari poſſint, tum in ſubſidium quoque tenetur hoc caſu Princeps vel Dominus feudi, per *Ordin. Polit.* Von Ausſtattung der Töchter aus den Lehn Gütern. Quod obtinet quoque in fratribus & agnatis, qui deficientibus allodiis filias juſte ex feudo elocare debent per dict. *Ord. Polit.* Von Ausſtattung der Töchter &c. ibi. So ein Lehn-Mann einen oder mehr Söhne, und zugleich

Digitized by Google

zugleich auch Töchter oder aber keine Söhne, ſondern nur eine Tochter und an Erbgütern ſo viel nicht verlaſſen würde, daß die Töchter ihres Herkommens und Geburt nach davon außgeſtattet werden können. Nec diſtinguitur utrum feudum ſit novum, an antiquum propter verba generalia *d. Ord. Polit.* Von Ausſtattung der Töchter aus den Lehngütern.

§. IX. De fructibus poſt mortem Vaſalli, quorum ii ſint, paucis adhuc videndum, & quidem jus commune feudale quod attinet, quo induſtriales fructus ad feudi ſucceſſorem vel etiam Dominum feudi, ſi ei feudum, aperiatur, pertinent, ſi Vaſallus ante Calendas Martii vel poſt Auguſtum deceſſerit, ſi autem medio tempore inter Martium & Auguſtum decedat, ſuos ad heredes allodiales Vaſallus defunctus eos transmittit *2. F. 28. §. Has conſequenter* Roſenthal. *c. Concl. 60. & C. 10. Concl. 42. n. 14.* Berlich. *P. 3. C. 43. n. 25.* huc applicari nequit, neque jus Sax quo fructus induſtriales agro ſato & raſtris ſubacto, ad heredes allodiales transeunt. Land-R. *L. 2. art. 58.* fructus enim ſalinarum neque ſubactionem neque raſtrationem admittunt exemplo Lapidicinarum. Schrad. *diſſ. 3. n. 66.* Sed Dominus feudi ſtatim poſt mortem Vaſalli ſuccedit in ejusdem jus, ita tamen ut ſucceſſores in poſſeſſione maneant eo anno, Dominus autem lucretur fructus die Ausläufte & Agnati tantum den Siedeprofit vid. Dn. L. Ellenberg. *Diſſ. de Salinis Hallenſ. th. 7.*

CAPUT IV.

DE

JURE PRINCIPIS CIRCA LAPIDICINAS ET RELIQVAS SUBTERRANEAS UTILITATES.

Digitized by Google

SUMMARIA.

Lapidicinæ non pertinent ad regalia. Principi tamen ex iis debetur decima. Idem in lapidicinis marmoreis obtinet. §. I. An hodie ad regalia ſpectent, negant DD. Sed dubitatur. Reſpondetur rationibus Weſenbecii. §. II. Principes eas hodie curare non ſolent. Princeps non prohibetur iis legem certam imponere. Landgrafius Haſſiæ ſibi vindicat lapides ſciſſiles Schieffcrſteine. §. III. Quid in gypſo & carbonibus foſſibilibus Steinkohlen juris ſit. Pertinent ad Dominum territorii. §. IV. Princeps quoque ex cespite uſtili Torff poteſt lucrum quærere. §. V. Ferri & cupri fodinæ ad Principem pertinent. Privatis prohibitum ne ferrum vel ſimilem materiam ad hoſtes exportent. §. VI. Princeps nitri quærendi curam habere debet. Non tamen concedere facultatem quærendi cum ædium periculo. Præfecti nitri alias a nullo prohiberi poſſunt. §. VII. Quid Princeps ex theſauris regalium nomine ſibi vindicet. Quis intelligatur locus Cæſaris. Ad quem hodie theſaurus in loco religioſo repertus ſpectet? Quid juris ſit in theſauris in privatorum fundis repertis. Theſaurus arte magica inventus fiſco debetur. §. IIX. Cujus ſit in fundo feudal. repertus. Quid jure Sax. obtineat? Princeps alicubi ex conſuetudine theſauros quoscunque ſibi vindicat. An talis conſuetudo vel lex valeat? §. IX. An Princeps ex fontibus acidulis & thermis ſeu aquis mineralibus lucrum aucupare poſſit. Dubitatur. Verendum ne ita exareſcant, quod probatur exempl. Quando Princeps juſte penſionem modicam exigere poſſit. §. X. Quid ſit novale. Olim cuivis inculta loca excolere licuit. Quid hodie. Ex novalibus datur Domino territorii decima. §. XI. Cui debeatur hæc decima jure Canon. Ad quem hodie pertineant. Hæc decima adhuc debetur ſi forma agri ſaltem mutetur. §. XII. Concluſio. §. XIII.

§. I.

Lapidicinas ad Regalia non pertinere, ſed fundi ac privatorum utilitatibus annumerari patet ex *l. 3. §. 2. ff. d. S. P. R. & l. 5. eod. l 3. §. ult. ff. de Reb. eor. l 8. ff. Sol. matr. l. 9. §. 2 ff. de Uſufr. l. 13. §. 1 ff. comm. Præd. l. 77. ff. de Contr. emt.* Adeoque priuati ex iis cædere iisdemque frui recte poſſunt,

ſunt, tenentur tamen Principi dare decimam *l. 3. C. de Metall.* Tholoſ. *de Republ. L. 3. c. 4. n. 4.* quæ ita æſtimatur, ut non ex decem lapidibus unus, ſed ex pecunia quam quis lucratur decima ſolvatur Petr. Rebuff. *Tr. de Decim. qu. 8. n. 23.* Idem obtinet in marmoreis lapidicinis, *l. 7. §. 13. ff. ſol. matr.*

§. II. Neque hodie id aliter obtinere, neque lapidicinas ad Regalia referendas, volunt Dd. Weſemb. *Conſ. 60. n. 30. & Conſ. 292. per tot.* Kniechen. *de Sax. non provoc. jur. c. 5. n. 114.* Rauchbar. *P. 1. qu. 22. n. 10. & ſeqq.* Beſold. *in theſ. Pract. ſub voce* **Ziegelhütte.** Schulz. *in Synopſ. jur. feud. c. 7. n. 177.* Carpzov. *P. 2. C. 53. D. 3.* Dn. de **Seckendorff. im Teutſchen Fürſten Staat.** *P. 2. c. 3. verb.* **ſintemal gemeine Steine, Thon und Leimen für keine Bergart gehalten, ſondern dieſelbe zu graben und ſeines Gefallens damit zu handeln, einen ieden Herren des Ackers oder der gemeinen des Orts verſtattet wird.** De quo tamen dubitari poteſt, ſupra enim *cap. 2.* probatum, nonnulla per Aur. Bullam in totum ad Regalia relata, jam autem Lapidicinæ ſunt metalli fodinæ & ſaxa & lapides metalla appellantur *Rubr. C. de Metall. & l. 3. & 6. C. eod.* Rauch. *d. l. n. 4.* Roſenth. *c. 5. Concl. 88. n. 5.* Jacob. Godofr. *in Not. ad Cod. Theodoſ. pr. l. 10. tit. 19. de Metall.* Et in Aurea Bulla non tantum auri & argenti fodinæ ad Regalia referuntur, ſed & alia cujuscunque generis metalla, *verb. & alterius cujuscunque generis metalli &c.* Ergo & hiſce univerſalibus & generalibus verbis lapidicinæ comprehenduntur; Neque obſt. rationes decidendi, quibus Weſemb. *in all. Conſ. 292.* in contrarium prolixe utitur; eæ enim, quin Jure Rom. ita obtinuerint, quæ Regalium jure pendebatur. Sed id quoque obtinebat in lapidicinis, ubi decima Principi ſolvenda erat, *d. l. 3. C. de Metall.* Ergo & Lapidicinæ, cum Metallorum ſint ſpecies, Metalla autem in Aurea Bulla in universum ad Reglaia pertineant, de iisdem eſſe creduntur.

§. III.

§. III. Aſt jus hoc & ſterilius & ignobilius tantopere non curare Principes, quin ad privatos dimanare permittant, ait Beier in *Not. ad Schnob. diſput. feud. 4. th. 9. verb. lapidicinæ.* Conſvetudo igitur cujuscunque loci præprimis attendenda eſt quæ ſi alcubi obtinet, non tamen extendenda eſt ad alia loca, cum ſtricti ſit juris: Quamvis tamen Princeps non prohibeatur talibus fodinis, Lapidicinis, miniariis nitrariis, ſulphurariis, cotariis & ſimilibus certam legem tributoriam imponere vel in futurum ſibi vindicare. Doring. *in Biblioth. Iur. voce Ærarium. n. 140.* Speidel. *ſub voce* **Steingruben.** Sic lapides ſcisſiles vulgo **Schiefferſtein** ſibi vindicat Landgraſius Haſſiæ, ſub onere tamen decimarum quoslibet ad fodiendam admittens, inſuperque fodientibus & eximentibus libertatis perſonalis gratiam faciens, & ligna ad fulciendam & muniendam fodinam, ne corruant, gratioſe (ſolvendis ſaltem a ſciſſoribus ſaltuario debitis ſportulis, **Stamgeld**) concedens. vid. Krebs. *in Tract. de Ligno & Lapide p. 211. §. 13.*

§. IV. Huc referunt quoque Gypſum, & Carbones foſſiles, quos inter metalla non numerari vult Wehner in *Obſ. Pract. p. 172. & Conſ. Francon. 88.* a quo tamen diſſentit Klockius *de Ærar. L. 2. c. 27. n. 16.* Gypſum, cretam. & ſimiles inter infimi generis metalla numerans, atque eorum culturam neceſſitatis & utilitatis publicæ cauſa in Rep. diligenter inſtituendam eſſe. Quod Carbones foſſiles, **Steinkohlen** attinet, ex iis Comites Schaumburgenſes plus paratæ pecun. quotanis haurire poſſe, quam alii ex argenti fodinis. & exinde quoque cenſum vel canonem ex foro carbonario **Kohlen-Zins** appellari, teſte Klock. *d. l. c. 2. n. 17.* In Haſſia Carbones foſſiles (quorum prope Civitatem Eſchwegam & Caſſellas ingens copia reperitur) ad Dominum territorii pertinent, iisdemque cuſtodiendis & pro certo pretio vendendis præpoſitus eſt quidam, quem **den Bergſchreiber** appellare

lare ſolent; adeoque illic priuatis eos eximere non licet.

§. V. Eodem modo ex ceſpite uſtibili, quem Belgæ dicunt **Torff**, qui naturalis eſt paluſtris pinguis ac decoctæ glebæ terra, atque in Brabantia & inferiori Germania effodi ſolet, fiſcus lucrum quoddam quærere non prohibetur. Klock. *d. l. n. 18.*

§. VI. Porro ferri fodinarum aliasque officinas ut cupri, chalybis, &c. **Kupfer und Eiſenhammer**, Principes recte ſibi reſervant, vel certis tantum perſonis permittunt, in eas enim maximos ſumtus impendi oportet, adeo ut vix tolerare queant vires ſingulorum Carpz. *Dec. 4. n. 12.* uti namque fabricæ armorum ſolius ſunt Principis *t. t. C. de Fabric. & l. ult. §. 11. ff. de Public.* ita quoque Jure Cæſar. privatis non licet habere ferrarias ſeu ferri fodinas *d. l. ult. §. 11. ff. de public.* idem enim eſt jus materiæ & materiati. Felin. *& Canoniſt. ad c. ad liberandam X. de Judæ.* Marant. *de Judic. P. 2. n. 21.* Weſenb. *Conſ. 292. n. 14.* Quinimo prohibitum privatis, ne ferrum vel ſimilem materiam, ex quibus arma vel inſtrumenta bellica conficiuntur, ad hoſtes exportent Bonavent. Stracha *de Mercat. P. 1. n. 13. & ſeq.* Menoch. *L. 2. A. J. Q. Caſ. 95. n. 23.* ne ſcil. contra Imperium Romanum armentur hoſtes Menoch. *d. l. Caſ. 385.* Tabor. *in Armament. c. 2. de Armor. commerc. §. 5. & ſeqq.*

§. VII. Neque curam nitri quærendi, cujus maximam fore utilitatem neminem latere poteſt, Princeps ſusque deque habere debet, unde in Polonia & Marchia aliisque in locis Germaniæ opificium excoquendi aluminis & præſertim halinitri **Salpeter zu ſieden** ſumtu publico paſſim exercetur, **da in 20. und mehr Salpeterſieder hin und wieder gehalten werden**, quibus Princeps vel Magiſtratus licentiam dat fodiendi, ubicunque terra nitroſa reperitur, boni publici cauſa Speidel. *ſub voce* **Salpeter.** Beſold.

ſold. *eadem voce* fodinisque nitrariis leges imponit Rauchbar. *qu. 22. n. 11. & 12.* Concedere tamen non debet facultatem quærendi nitri cum ædium periculo, Afflict. *Dec. 321. n. 6.* Dn. Brunnem. *ad l. 6. C. de Metall.* cum privatis & Reipubl. ſic noceatur, illis, eorum ædes deſtruendo, hic autem urbem ruinis deformando, *l. 2. C. de Ædif. priv.* Alias præfecti nitri vel etiam die Salpeterſieder a nullo prohiberi debent. *Illuſtr.* Dn. de Rhetz. *Elect. Brandenb. Conſil. Status Intimus L. 2. de J. Publ. tit. 17. §. 5.*

§. IIX. In theſauris quoque inventis Principem aliquando Regalium nomine ſibi quid vindicare conſtat, ſcilicet ſi in loco Cæſaris vel Religioſo non data opera inveniatur, dimidium ſi vero data opera, integer ejus eſt, *2. F. 26.* Roſenthal. *c. 5. Concl. 92. n. 1.* Schulz. *in Synopſ. J. F. c. 7. n. 181.* Alienis enim inhiare nemo debet *l. un. C. de Theſ.* Intelligitur autem hic per locum Cæſaris, non privatum Principis patrimonium, ſed locus fiſcalis, alias in illo Princeps dimidium, non ut Regale, ſed ut quilibet alius privatus fundi Dominus acquireret. Bocer. *de Regal. c. 3. n. 177.* Sed in loco religioſo inventi dimidium hodie ad Eccleſiam pertinere volunt Dd, cum loca religioſa ſint in dominio Eccleſiæ. *c. 10. X. de Conſtit.* Schneidew. *ad §. 39. J. de R. D. n. 9.* Quoad theſauros in privatorum fundis repertos diſt. ſi quis in ſuo ſive caſu fortuito, ſive data opera (quod facere poteſt etiam ſine ſpeciali conceſſione Principis, qua opus non habet, Dn. Brunnem. *ad l. un. C. de theſaur. n. 2.* modo non artibus magicis & illicitis quærat, ſic enim fiſco totus cederet. Peregrin. *de Jure Fiſci L. 4. t 2. n. 2.* Barboſ. *in l. 8. §. ſi fundum ff. ſol. matr. n. 30.*) invenerit, ſibi eum acquirit, modo Principi decimam ſolvat *Gloſſ. Angel. & Dd. in §. theſauros J. de R. D. Feudiſt. d. c. un. quæ ſint. Regal. in fin.* Weſemb. *Conſ. 292. n. 8.* Si alius caſu fortuito, dimidium Domino fundi, alterum dimidium inventori debetur, ſi data opera, totus ad Dominum fundi per-

Digitized by Google

pertinet, cum alienis inhiare prohibitum *d l. un. C. de Theſ.* Quod ſi quis artibus Magicis quæſiverit, ad fiſcum pertinet, quod verum eſt, ſi quis in ſuo ita quæſiverit, non in alieno, ſic enim adhuc Domino fundi debetur, vid. Bocer. *d. l.*

§. IX. In fundo feudali repertus inter Dominum feudi & inventorem dividendus eſt *FF. Comm.* Contrarium tamen verius, ſcil. ſi ipſe Vaſallus inveniat, totum ſibi acquirat, ſi autem alius non data opera, inter eum & Vaſallum dividatur receptum eſt, Struv. *Synt. J. F. c. 12. aph. 5.* Roſenthal. *d. l. Conc. 93.* Schultz. *in Synopſ. Inſtit. L. 2. t. 1. lit. Aa.* Jure Saxon. totus ubicunque repertus profundius meatu aratri jacens, ad regalia ſpectare videtur *per text.* Landrecht *L. 1. art. 35.* Interpretes vero Juris Saxon. eum communiter interpretati ſunt de fodinis metallicis & mineris. Schulz. *de Synopſ. Feud. n. 182.* quod comprobavit quoque *Elect. Saxon. Auguſt. in Novell. P. 2. Conſt. 53.* Quibusdam in locis invaluit conſuetudo, ut theſauri etiam a Dominis in propriis fundis licite reperti ad principem pertineant Grotius *de J. B. & Pac. L. 2. c. 8. n. 7.* Arniſæ *de Jur. Majeſt. c. 6. n. 23.* Chriſtin. *Vol. 5. Dec. 16. n. ult. & Dec. 17. n. 9.* Dn. Ziegler. *de Jurib. Majeſt. L. 2. c. 2. th. 19.* quam conſuetudinem irrationabilem eſſe quidam opinantur, vid. Schultz. *d. l. n. 181.* Sed eam, imo talem Principis Conſtitutionem, ut theſaurus ubicunque repertus fiſco cedat, omnino valere, aſſerendum potius eſt; non enim Princeps prohibetur diſponere de iis, quæ ſunt nullius, Molin. *de I. & J. 2. D. 56. num. 5.* Covarr. *in c. Peccatum Part. 3. §. 2. num. 4.* Barboſ. *d. l. n. 70.* Et cum Principi bona quædam debeantur unde dignitatem ſuam ſuſtinere, & Rempubl. tueri poſſit, optima ratione ab illis rebus initium fit, quæ nullius ſunt, & ſine cujusquam damno tribui poſſunt Grotius *d. l. §. 5.* Dn. Ziegler. *d. l. L. 2. c. 2. th. 19.*

§. X. Non minus ex fontibus acidulis, thermis,

 aquis

aquis & aliis liquoribus mineralibus vulgo Sauerbrunnen, Geſundbrunnen, warme und Metalliſche Bäder licite & honeſte Principem compendium aucupari poſſe, putat Klock. *de Ærar. L. 2. c. 13. n. 1.* De quo, ſi Princeps hoſce reditus ad augendum ejus ærarium impendere velit, omnino dubito; namque Deus liquores ſalutares non divitibus ad ſe ulterius ditescendum, ſed pauperum gratia fortaſſe excitavit; dann GOtt der HErr nicht eben die Bäder oder Brunnen um der Herren und Reichen willen, und daß ſie daraus jährliche Einkunften haben, und ferner ſich bereichern ſollen, entſtehen und flieſſen, ſondern auch den Armen und vielleicht am meiſten ſolche gedeyen laſſen will. Beſold. *in theſ. pract. voce* Metalliſche Bäder ubi addit daß man aus denen Bädern (idem ſentiendum de thermis ſalutaribus von Geſundbrunnen) kein Regal machen ſolle, ſed quod eæ omnibus potius communem uſum præbere debeant; verendum enim alias, ne tales thermæ, dum earum uſus non omnibus gratis vacat iterum exareſcant, quod contigit in nonnullis Germaniæ thermis ſalutaribus, inter quas etiam der Grießbach nicht weit von Straßburg gelegen, quas, dum non omnibus volentibus uti gratis, ſed exacto pretio permitterentur, plane exaruiſſe, ſublato autem illo iniquo vectigali & penſione, conceſſoque uſu libero omnibus valetudinis curandæ gratia advenientibus rurſus ex fontibus copioſe, ut antea, manare cæpiſſe conſtat, Camer. *Medit. Hiſt. Gent. 2. c. 69.* Beſold. *d. l.* Et ea propter Carol. IV. Imp. privilegio munivit das Wildbad der Voitey zu Bern verb. Wir Carolus IV. befreyen auch ihr von GOtt geſegnetes Wildbad, &c. uti id refert Limn. *T. 1. addit. ad J. P. L. 5. c. 7. p. 813.* Quod ſi tamen Princeps modicam penſionem ex iis exigat, & non ſuo ærario, ſed piis cauſis, v. g. templis vel ſimilibus in talibus locis exſtruendis impendat, quin hoc valeat, dubium

non

non eſt cum ſic non in proprium, ſed ipſorum pauperum commodum vertatur, talia autem loca prope fontes ſalutares inſtitui quotidie videmus, quo ægroti & miſerabiles perſonæ ſacris quoque exercitiis ſimul vacare poſſint, adeoque hæc vectigalia & penſiones potius neceſſariæ videntur ad eadem loca, quibus ſacri cætus haberi queant, exſtruenda.

§. XI. Utilitatibus ſubterraneis Principi debitis annumerandæ denique ſunt decimæ Novalium ex ſylvis ſeu locis ſylveſtribus eradicatis & in agrum conſertis, **Neubruchzehenden** Hartm. Hartmanni *L. 2. Pract. Obſ. tit. 53. O. 10. n. 17.* dicitur autem Novale ager antea omnino incultus nunc primum coli cœptus, *c. 1. c. quid per Novale de V. S.* Rimin. jun. *Conſ. 142. V. 2.* Card. Tuſch. *Pract. Concl. 114. n. 1. lit. N.* **Ein neu Rent und Neubruch iſt nichts anders dann ein Grund und Boden, ſo zum erſtenmal aufgebrochen iſt, als da man eine Wieſen aufbricht** Joh. Werndle *Tr.* **vom zehend Recht,** *L. 4. c. 1.* Quod olim cuivis licuit, imo ipſi in induſtriæ laudem ceſſit, ſi quis loca deſerta excoluit, hodie vero, quando alicui terra deſerta eſt & nunquam culta, Regalibus Statuum Imperii accenſetur, adeo ut nemo ſibi ſumere debeat privata autoritate eam colere, Dominus de Rhetz *d. l. L. 2. tit. 17. §. 6.* Gryph. *in Tr. de Inſul. c. 21. n 75. & c. 20. n. 58.* Ex hiſce Novalibus datur Domino Territorii decima; Myler ab **Ehrenbach** *de Princ. & Stat. Imp. c. 70. n. 2.*

§. XII. Quæ Jure Can. prædialium loco habetur, ac idcirco Parocho loci pendi debet, *c. 13. c. 29. X. de Decim.* Covarr. *Var. Reſ. L. 1. c. 17. n. 13.* quod ſi incertæ Parochiæ ſint, earum decimæ ad Epiſcopum pertinent, ut vel alteri Eccleſiæ eas adſignet, vel ad opus ſuum retineat, *d. c. 13.* Hodie autem hæ decimæ non ad Eccleſiaſticos, ſed ſuperioritatem territorialem pertinent, Everhard. Jun. *V. 2. Conſ. 36.* Wehner. *Conſ. 77.* cum Principibus & Statibus Imper.

 pro-

propter Pacis Religioſæ Conſtitutionem in *Rec. Imp. de anno 1555.* jura Epiſcopalia tanquam fiduciariis poſſeſſoribus competant. *de Rec.* §. **Damit auch obberührte** *art.5. Inſtrum. Pac. Oſnabr.* §. *30. & art. 8.* §. *1. ejusd. Inſtr. Pac.* Gylman. *3. Symph. verb. Religion-***Fried**. Myler. ab **Ehrenb** *d. l. c. 70. n. 3. & c. 82. n. 1.* Hæque decimæ adhuc debentur, ſi forma agri ſaltem mutetur, v. g. ſi vinca mutetur in agrum *c. commiſſum. 4. X. de Decim.* Quod Domino quidem facere licet ſine contradictione ejus, cui decima debetur, dummodo tamen eidem, qui antea ex fundo decimas percepit, ex eodem poſtea mutato iterum perſolvantur, *d. c. 4. X. de Decim.* Covarr. *d. l. & Pract. quæſt. c. 37. n. 5 & 13.* Hartm Hartmanni *d. l. n. 11.* Siquidem mutatio culturæ Domino Decimarum in jure decimandi non præjudicat Myler. *d. l. c. 70. n. 5.* quamvis hoc modo novale dici non poſſit, cum novale ſit ager antea incultus nunc primum coli cœptus. Werndle. *L. 4. c 1. in fin.*

§. XIII. Et hæc ſunt, Benevole Lector, quæ de hac materia breviter jam diſſerere licuit, fateor ſane plura & ampliora eſſe jura Principum Subterranea, quæ hic adduci potuiſſent, ſed temporis auguſtia excluſus filum disſertationis Academicæ abrumpere cogor, quod ſi Deus vitam & otium conceſſerit, copioſiorem aliquando eorum tractationem exhibere, & quod hic ex feſtinatione peccatum, ſolidiori induſtria reſarcire licebit. Sicubi autem hic erravero, veniam quæſo indulge ac omnia in meliorem partem interpretare certo perſuaſus, me modeſte corrigentem & meliora docentem promtiſſime ſecuturum, nunquam enim (ut cum Antonio Fabro loquar) puduit me nec pudebit agnito quandocunque errore mutare ſententiam. Interim quod reſtat, DEO T. O. M. immortales ago gratias.

T A N T U M.

COROL-

Digitized by Google

COROLLARIA.

I.

TEſtamento Paterno ob præteritionem nullo neque legata & fideicommiſſa ſubſiſtere verius eſt.

II.

Teſtamentum a filiofam. conſentiente Patre factum & clauſula codicillari munitum omnino valere poſſe puto.

III.

Sub Conceſſione omnimodæ jurisdictionis hodie etiam Merum Imperium tranſit.

IV.

Quamvis fidejuſſio a Marito Uxori pro cauſa dotis facta non valeat, pignus tamen valet.

V.

Maritus eſt rei dotalis inæſtimato datæ dominus, quia eam vindicare poteſt, *l. 9. C. de R. V.*

VI.

Si Titius & Mevius ab initio contractum emtionis venditionis celebraverint, & Titius certum pretium, v. gr. pro equo promiſerit, ſi poſtea loco pretii aliam rem det, emtio venditio adhuc manet.

VII.

De feudis Regalibus etiam Vicarii Imperii cognoſcere recte poſſunt. Non obſt. A. B. c. 5. Von Rechten des Pfaltzgraffen und Hertzogen zu Sachſen. Verb. ausgenommen der Fürſten Fahnlehen &c. Neque Rec. Wormat. de anno 1521. §. ob auch Sachen fürfiehlen, &c.

VIII.

Auſtregarum Judices ſententiam a ſe latam ipſimet exequi non poſſunt.

§. IX.

IX.

Ad pacta confraternitatis Principum ſuper allodialibus ineunda, Confirmatione Cæſarea opus non eſt.

X.

Pactum Confraternitatis Principum & pactum Ganerbinatus differunt.

XI.

Statum Imperii Romano-Germanici Monarchicum eſſe, rectius aſſeritur.

XII.

Jura Majeſtatis eſſe communicabilia nihil abſurdi habet.

Ael 1476005

Digitized by Google

Digitized by Google